



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiæ Augustæ Scriptores VI

Ælius Spartianus. Vulc. Gallicanus. Julius Capitolinus. Trebell. Pollio. Ælius
Lampridius. Flavius Vopiscus

Spartianus, Aelius

Lugduni Batavorum, 1671

Flavii Vopisci Syracusii Probus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51232)

FLAVII VOPISCI SYRACUSII

PROBUS.

CERTUM est quod Sallustius Crispus, ² quod-
que ³ M. Cato & Gellius historici sententiæ mo-
do in literas retulerunt, *Omnes omnium virtutes tan-
tas esse quantas videri eas voluerint eorum ingenia, qui
uniuscujusque facta descripserint.* Inde esse quod Ale-
xander Magnus Macedo, quum ad Achillis sepulcrum
venisset, graviter ingemiscens, *Felicem te*, inquit,
juve-

CASAUBONUS.

¹ PROBUS.] Infra nominatur, Au-
relius Valerius Probus: in num-
mis, AVRELIVS PROBUS. apud Lam-
pidium in Alexandro Severo mentio
fit de Aurelio Probo baphiis præposi-
to: qui ex eadem gente, ut puto, erat
ortus.

³ M. Cato & Gellius historica sen-
tentia modo in literas retulerunt.] Noli
quærere historica sententia quid sit: nam
scribendum, *ἰστορικῶς* N. οἱ ἱστο-
ρικοὶ ἡρωικῶς ἀπεφθέγγαντο. Li-
ber regius hoc principium ita exhi-
bet: *Certum est quod Sallustius Crispus,
M. Cato, Agellius quoque sententiæ mo-
do in literas retulerunt.* extatque etiam
in uno Puteani nomen *Agellius*: quod
vix probò tamen. nam Cneum Gel-
lium arbitror intelligi à Vopisco, ve-
tere in historicum, cuius Annales lau-
dant passim veteres.

SALMASIUS.

¹ PROBUS.] Putant doctissimi viri
hunc Probum imperatorem ex gente
fuisse illius Aurelii Probi, cuius me-
minit Spartianus, in Alexandro Se-
vero, quem baphiis præpositum fuis-
se dicit. ego vero non puto. nam Vo-
piscus infra scribit, patrem impera-
toris Probi ignobilem fuisse, nomi-
ne Maximum, è Pannonia oriundum,

& usque ad tribunatum pervenisse.
non gente igitur aliqua magna, aut
affinitate fuit Probus, ut idem Vo-
piscus dicit, qui non omisisset id in-
ter Probi decora numerare, si ex ve-
tere familia eum scivisset esse, aut
Romana. Nec quemquam debet in-
ducere illud Aurelii nomen. scimus
enim plerosque novos homines, qui
ad imperium conscenderunt, nomina
& prænomina nobilium Romano-
rum libenter & licenter adsumpsisse:
quorum multos video in hoc Aurelii
nomine adsciscendo fuisse propen-
siores. sic Claudius, secundum quos-
dam, Aurelius Claudius dictus est.
sic Aurelius Carus. Aurelius Carinus.
Aurelius Numerianus. Aurelius Dio-
cletianus. Aurelius Maximianus. de-
nique in illis mediis imperatoribus
plures Aurelios & Valerios reperias
appellatos, quam alio quovis nomi-
ne. sed & utroque nomine appella-
bantur, Aurelii Valerii.

² Quodque M. Cato & Gellius histo-
rica sententiæ modo.] Recte Historici re-
positum Casaubono. sic enim vet. ed.
& Palatinus.

GRUTERUS.

² Quodque Marcus Cato, & Gellius hi-
storici, sententiæ, &c.] Ita Pal. noster,
editi, historica sententiæ.

¹ Quoy.

juvenis, qui talem praeconem tuarum virtutum reperisti:
 Homerum intelligi volens, qui Achillem tantum in
 virtutum studio finxit, quantum ipse valebat ingenio.
 Quorsum hæc pertineant, mi Celse, ne fortassis re-
 quiras. Probum principem, cujus imperio Oriens,
 Occidens, Meridies, Septentrio, omnesque orbis
 partes in totam securitatem redactæ sunt, scriptorum
 inopia jam pene nescimus. Occidit, pro pudor! tanti
 viri & talis historia qualem non habent bella Punica,
 non terror Gallicus, non motus Pontici, non Hispani-
 ensis astutia. Sed non patiar ego ille, à quo dudam
 solus

CASAUBONUS.

I Quorsum hæc pertineant, mi Celse, ne fortassis requiras, Prob.] Ante ista verba collocandæ sunt aliquot periodi, quæ paullo post alieno loco habentur. sunt autem hæc:

CN. Pompejum tribus fulgentem triumphis, belli piratici, belli Sertoriani, belli Mithridatici, multarumque rerum majestate sublimem, quis tandem nosset, nisi eum M. Tullius, & T. Livius in literas retulissent? P. Scipionem Africanum, imo Scipiones omnes, seu Lucios seu Nasicas, nonne tenebra possiderent, ac tegerent, nisi commendatores eorum historici nobiles atque ignobiles extitissent? Longum est omnia persequi, quæ ad exemplum hujusmodi etiam nobis tacentibus usurpanda sunt. hæc verba omnino subjicienda erant iis quæ de Alexandro M. dicit auctor. quare necessario retrahenda sunt in hunc locum: nam ineptissime & nullo prorsus judicio eo translata sunt ubi hodie habentur. quod quia per se confidimus esse clarissimum, pluribus demonstrare superfedebimus: neque enim verbis opus, cum res clamet ipsa. Porro quos hic Scipiones Lucios appellet nescio: ac mihi hæc vox de menda vehementer suspecta. Scipiones enim multos scimus prænomine sic dictos: at pro cognomine hic videtur ab auctore poni. qui error absurdior est, quam

ut videatur potuisse in tam elegantem scriptorem cadere. sic tamen omnes scripti. itaque de hoc loco ad doctorum senatum referimus.

2 Omnesque orbis partes in totam securitatem redactæ sunt.] *Tota securitas, ut tota libertas, apud Hieronymum saepe. ut in Ezechielem libro quarto: qui tota frontis libertate delinquit. & in proœmio libri xi. illud in explanatione templi tota libertate denotio. sic, tota libertate blasphemare in invectiva adversus Vigilantium. ubi perperam editum liberalitate. nam ita passim doctissimus ille pater.*

SALMASIUS.

I Quorsum hæc pertineant, mi Celse, ne fortassis requiras.] Pal. mi Celsi ne fortassis requiras. scribe: mi Celsine fortassis requiris. Clodius Celsinus memoratur Spartiano in Severo. Vopiscus quoque supra in Aureliano Cellini cujusdam meminit, qui Diocletiani consiliarius fuisse perhibetur.

3 In totam securitatem redactæ sunt.] Ammianum Marcellinum in hoc loquendi genere corrigo lib. xv. & perlatum nuncio repentino, docente rem insperatam & arduam, ad sententiam tota facilitate complectam. vulgo leg., ad sententiam totam. corrupte. sic tota maturitate aliquid fieri. Cod. Theod. Doctores Apollinarianorum tota maturitate precipimus ex adibus cura nobis abscedere circumvitiis.

I Neque

solus Aurelianus est expetitus, cujus vitam quantum potui persequutus, Tacito Florianoque jam scriptis, non me ad Probi facta conscendere: si vita suppetet, omnes qui supersunt usque ad Maximianum Diocletianumque dicturus. Neque ego nunc facultatem eloquentiamque polliceor, sed res gestas, quas perire non patior. Usus autem sum, ne in aliquo fallam charissimam mihi familiaritatem tuam, præcipue libris ex bibliotheca Ulpia ætate mea thermis Diocletianis, item ex domo Tiberiana. Usus etiam ex regestis scribarum porticus Porphyreticæ, actis etiam senatus ac populi. Et quoniam me ad colligenda talis

Viri

1 Neque ego nunc facultatem eloquentiamque polliceor.] Facultas heic pro dicendi facultate, ut apud Spartianum in Hadriano: *suit memoria ingentis, facultatis immensa: nam & ipse orationes dicebat, & ad omnia respondit.* ubi vide quæ notavimus.

3 Ætate mea thermis Diocletianis.] Doctissimo viro magis placet legi: Thermis Diocletianis. sed cur displicuit Diocletianis? sic enim passim eas appellant omnes auctores, thermas Diocletianas pro Diocletiani. Græcis quoque *Διοκλητιανεύς*, ut in excerptis Olympiodori: *αὐτῶν Διοκλητιανεύς ἐστὶν διπλάσις.* & sic etiam in veteribus inscriptionibus vocantur. *Diocletianæ*, inquam, pro *Diocletianinæ*. sic argenteos Valerianos supra habemus. & infra: *argenteos Aurelianos.*

5 Usus etiam ex regestis.] Invasit ex in hunc locum ex frequenti repetitione superiorum locorum. ex Bibliotheca Ulpia, ex domo Tiberiana. Regestis autem, non *registris*, heic nostri libri agnoscunt, qui hac etiam in parte meliores, quam quibus usus est Casaubonus. de regestis & digestis nos alibi. Glossæ nomicæ: *ρεγεστῶν, ἀπορρηφῶν.*

CASAU BONUS.

2 Libris ex bibliotheca Ulpia ætate mea

thermis Diocletianis.] Melius, *Diocletianis*. ita regius. eo fuerant libri bibliothecæ Ulpiaæ sive Trajani translati ab ambizioso principe, ut thermarum suarum operi novo celebritatem conciliaret. ubi prius fuerit non docent veteres: sed erat sine dubio annexa alicui nobiliorum Trajani operum.

4 Item ex domo Tiberiana.] Scripti, *Numeriana*. vitiose. nam eo nomine bibliotheca fuit nulla, cujus quidem extet hodie memoria. de Tiberianæ vero domus bibliotheca mentionem facit A. Gellius lib. XIII. cap. XVIII. Scimus tamen plurium & nomina & memoriam intercidiisse, cum XXIX. fuisse scribit Victor.

5 Usus etiam ex regestis scribarum porticus porphyreticæ.] Scripti, ex *registris*. sed *τὸ* ex inducendum. deinde non ferenda vox barbara *registrum*. nam & analogia & usus *registum* dici postulant. ita recte scriptum hoc nomen aliquot locis utriusque Codicis Theodosii ac Justiniani. Anastasius de vitis pontificum in Nicolao primo: *sicut in epistolis regesto ipsius præsulis continentur insertis.*

GRUTERVS.

5 Usus etiam ex regestis.] Sic & Palvacare tamen illud *ex*, cui libet apparet.

1 CH.

viri gesta ephemeris Turduli Gallicani plurimum iu-
vit, viri honestissimi ac sincerissimi, beneficium ami-
ci senis tacere non debui. ¹ Cn. Pompejum tribus ful-
gentem triumphis, belli piratici, belli Sertoriani,
belli Mithridatici, multarumque rerum gestarum ma-
jestate sublimem, quis tandem nosset nisi eum M. Tul-
lius & T. Livius in literas retulissent? P. Scipionem
Africanum, ² imo Scipiones omnes, seu Lucios, seu
Nasicas, nonne tenebræ possiderent ac tegerent, nisi
commendatores eorum historici nobiles atque ignobi-
les extitissent? Longum est omnia persequi quæ ad
exemplum hujuscemodi etiam nobis tacentibus usur-
panda sunt. ³ Illud tantum contestatum volo, me &
rem scripsisse, ⁴ quam si quis voluerit honestius, ⁵ elo-
quio

SALMASIUS.

¹ Cn. Pompejum tribus fulgentem
triumphis.] Sequentes periodos ali-
quot hoc loco tanquam non suo de-
turbat vir doctus, & ante illa verba
collocat quæ superius habentur:
Quorsum hæc pertineant mi Celse fortassis
requiris. ego non negem melius &
commodius ibi legi posse. sed libri
omnes contra stant, & eas isto loco
tuentur. præterea quis non novit ne-
gligentiam & supinitatem istorum in
scribendo auctorum: qui non præter
solum leves, huc & illuc incerti va-
gantur & volitant, & eo importune
redeundo unde sunt digressi, omnia
miscunt & perturbant? nihil igitur
mutamus.

GRUTERUS.

¹ Cnæum Pompejum, &c.] Ist hæc
cum sequentibus non sunt posita suo
loco. debent collocari capite pri-
mo. sed aliter visum fuit manuscri-
ptis codicibus, à quibus seorsim ire,
etiamsi libeat, nescio an liceat.

² Immo Scipiones omnes seu Lucios seu
Nasicas.] Nihil variat Pal. quam quod
habeat, Lucius.

³ Illud tantum contestatum volo.] Ita
quoque Pal. non tamen ut alii mss.

CASAUBONUS.

³ Illud tantum contestatum volo, me
& rem scripsisse, q.] Regius non tam-
tum sed tamen: quod sapissime πα-
ρέλκεν in hoc auctore constat. Dele-
re ante rem: ac distingue: me rem scri-
psisse, quam, si quis voluerit, honestius
eloquio celsiore demonstrat. Pollio in ex-
tremo libro de triginta tyrannis: ut-
que ego eloquentiam videor pollicitus esse,
sed rem. vide extremo Carino.

SALMASIUS.

⁴ Quam si quis voluerit honestius. In-
neste scribere, est eleganter, & discrete
scribere. hinc apud Grammaticos,
honestæ eloquentiæ, est καλὴ φράσις, vel
καλὴ λέξις. Nonii Marcelli liber est,
De honestis & nove veterum dictis. hoc
est ὁ δὲ τὸ κεκαλιγραφήμων & κα-
νημιμύμων ὡρῶν τοῖς παλαιαῖς λέ-
ξεων. vel potius: ὁ δὲ καλῶν καὶ καλῶν
λέξεων. apud eundem Marcellum,
honestæ vestis opponitur squallidæ, &
obsoletæ. honestus vir est pulcher. hinc
honestum caput, & pectus honestum apud
poëtam pro decoro: & honor pro pul-
chritudine.

⁵ Eloquio celsiore demonstrat.] Celsum
& honestum eloquium junctim heic
ponit.

quo celsiore demonstret. Et mihi quidem id animi fuit, non ut Sallustios, Livios, Tacitos, Trogos, atque omnes disertissimos imitarer viros in vita principum & temporibus differendis, sed Marium Maximum, Suetonium Tranquillum, Fabium Marcellinum, Gargillium Martialem, Julium Capitolinum, Ælium Lampridium, cæterosque qui hæc & talia non tam diserte quam vere memoriæ tradiderunt. Sum enim unus ex curiosis, quod infinita scire non

ponit. utrumque opponitur sermoni pedestri & humili apud hos auctores. sic apud Longinum τὸ κλιθεῖν καὶ τὸ ὑψιθεῖν junctim ponuntur. ὁθεν ἐπιφοροῦν εἰς σωφροσύνην καὶ τὸ ὑψιθεῖν εἰς ἀπειθεῖαν καὶ τὸ ὑψιθεῖν εἰς ἀπειθεῖαν. *altus sermo dicitur Servio in primum Æneid. est autem stilus grandiloquus qui constat alto sermone, magnisque sententiis. vulgo, altero. perperam. vide quæ supra nobis notata sunt.*

1 Julium Capitolinum, Ælium Lampridium. Opera pretium est heic quæ- rere cur in hac auctorum recensione Ælium Spartianum præterierit Vopiscus? sane non debuit omitti. unus enim est de nobilissimis scriptoribus historiæ Augustæ. quid igitur dicendum? an Lampridium & Spartianum eundem fuisse? fere vincor ut hoc ita esse credam. nam in superioribus animadversionibus demonstravimus, omnes vitas Augustorum ab Hadriano usque ad Maximinos unius esse Spartiani; contra librorum vulgariū consensum, qui partem Ælio Lampridio adscribunt, partem Ælio Spartiano. videndum ergo num Ælius Lampridius Spartianus, hic auctor dictus fuerit. nec novum est, ut in pluribus & diversis auctorum nominibus, modo hoc, modo illo citentur.

GRUTERVS.

2 Sum enim unus ex curiosis quod infinita scire non possum. Nihil divertit ab hac lectione Palatinus. & bene habet,

Curiosi enim omnia scire volunt, sed non etiam est qui eos omnia doceat. videatur Spartiani Hadrianus cap. 16. circa finem.

CASAUBONUS.

2 Sum enim unus ex curiosis, quod infinita scire non possum, inc.] Absurda lectio. scribendum enim nescire. causam affert cur ad has vitas scribendas accesserit, cum fateatur se parum à dicendi facultate instructum: ait vero se ut hoc opus susciperet, & proprio studio historiæ noscendæ fuisse impulsus; & hortatu amicorum, ejus maxime cui hunc librum mittit: nam illi cum essent viri doctissimi, cupiditate plura sciendi, auctores videntur fuisse Vopisco, ut Aureliani vitæ quam solam initio susceperat, reliquas adjiceret. Vox curiosus non semper in malam partem accipitur. infra in extremo Carino: *habe mi amice mentem minus: quod ego, ut sæpe dixi, non eloquentiæ causa, sed curiositatis in lumen edidi. nihil aliud hic curiosus nisi φιλομαθής, & curiositas, φιλομάθεια, ac sitis addiscendi semper aliquid. sic initio elegantissimi libri Tertulliani De testimonio animæ: Magna curiositate & majore longe memoria opus est ad studendum. Iterum Vopiscus in Aureliano: Frivola hæc fortassis cupiam & nimis levia esse videantur, sed curiositas nihil recusat. Sic accipiunt & Græci interdum vocem ἀεργίαν. ut Aristæas scriptor anti-*

possim, incenduntibus vobis, qui quum multa scia-
tis, scire multo plura cupitis. & ne diutius ea quæ ad
meum consilium pertinent loquar, ¹ magnum & præ-
clarum principem & qualem historia nostra non no-
3 vit, arripiam. **PROBUS** oriundus è Pannonia, ci-
vitate Sirmiensi, nobiliore matre quam patre, patri-
monio moderato, affinitate non magna, ² tam privatus

quissimus, extremo libello compellens suum Philocratem. *τέρπειν οίομαι σε τῶν τε, ἢ τῶν μυθολόγων βιβλία. νένδουκας γὰρ πρὸς ἀπειργίαν, καὶ ἐν τούτοις τὴν πλείονα χρόνον Ἀσπελείς.* Martianus Capella Philologia pedissequam facit Periergiam. Si quis vulgatam lectionem velit tueri, sic erit exponenda, ut ideo se dicat curiosum ac φιλομαθῆ, quia infinita nesciat. priorem sententiam malo.

SALMASIUS.

2 Sum enim unus ex curiosis, quod infinita nescire non possim.] Suspectam hanc lectionem habuerunt viri docti: ego suspectiorem habeo ab ipsis repositam, atque etiam falsiorem: sum enim unus ex curiosis, quod infinita nescire non possunt. nam qui etiam minime curiosi sunt, tamen infinita nescire non possunt. si quid mutandum, malle: sum enim unus ex curiosis, quod infinita sciri non possunt, incenduntibus vobis, qui dum multa sciatis, scire multo plura cupitis. hoc sensu: infinita sunt in hominum vita quæ nesciuntur, & ignota sunt; de rebus gestis præsertim magnorum principum. vos qui multa cum sciatis, plura tamen scire cupitis, ad ea curiose & diligenter conferenda me estis hortati. quod nunc facio scilicet, qui unus sum ex curiosis, ut infinita quæ de imperatoribus eorumque rebus gestis ignorantur, asseram memoriæ, & in medium producam. Curiosus autem is est apud hos auctores, qui res fideliter, & cum magna diligentia litteris commendat, & minima maximaque describit, ut nihil eorum possint ignorare ho-

mines, quæ ad principum vitam & res gestas pertinent. hac mente dixit in fine Carini, sese curiositatis causa non eloquentiæ, hoc opus in lucem edidisse. sic in fine Bonosi: *hæc me legisse teneo de Bonosi, & potui quidem bonorum vitam præterire quos necno quaereret. attamen ne quid fidei deesset, etiam de iis quæ didiceram intimanda curavi.* Curiosus igitur scriptor est πολυμαθὴς καὶ πολυίσωρ, qui omnia quæ novit diligenter perscribit. sic πολυπράσμων, Græcis aliquando accipitur. & πολυπράσμων pro multificio, & diligenti rerum indagatore. Interpretes Theocriti: ὁ μὲν Θεόκριτος Φησὶ Φυτὸν εἶναι τὸ ἰππομαθὴς. οἱ δὲ ἀρχαῖοι καὶ πολυπράσμωνες εἰ Φασὶ Φυτὸν εἶναι, ἀλλὰ τὴν ἀπληκτομάχην πάλαι ἔχον πειρακτικὸν Φυτόμαθον ἐπὶ τῷ μισθῷ γλοιώδες. sic patrum nostrorum avo curiosus pro multarum rerum perito dicebatur. ita enim habet vetus quædam præfatio Romanensi, ut vocant, lingua conscripta, & versioni Aristotelici cuiusdam operis præfixa: *icest liure compassa Aristoteles qui li plus suse scientiæ des Philosophes, & ce fist a ia requête le Roi Alixandre.* sed & aliis locis sciencium, hoc est curiosum, pro docto & litterarum studio usurpat.

CASAUBONUS.

1 Magnum & præclarum principem arripiam.] Infra in Firmo: *Livius & Sallustius tacent res leves de iis quorum civitas scribendas arriperunt.* sic alii.

SALMASIUS.

2 Tam privatus quam imperator nobilissimis virtutibus claruit.] Minus mihi pla-

quam imperator nobilissimis virtutibus claruit. Probo, ut quidam in literas retulerunt, pater nomine Maximus fuit: qui quum ordines honestissime duxisset, tribunatum adeptus, apud Ægyptum vita functus est, uxore ac filio & filia derelictis. Multi dicunt Probum Claudii propinquum fuisse, optimi & sanctissimi principis: quod quia per unum tantum Græcorum relatum est, nos in medio relinquemus. Unum tamen dico quod in ephemeride legisse me memini, à Claudia sorore Probum sepultum. Adolescens Probus corporis moribus tam clarus est factus, ut Valeriani iudicio tribunatum prope imberbis acciperet. Extat epistola Valeriani ad Gallienum, qua Probum laudat adhuc adolescentem, & imitationi omnium proponit. Ex quo apparet neminem unquam pervenisse ad virtutum summam jam maturum, nisi qui puer seminario virtutum generosiore concretus aliquid inclytum designasset. Epistola Valeriani. 4
Valerianus pater Gallieno filio, Augustus Augusto. Et meum sequutus iudicium, quod semper de Probo adolescente primo habui, & omnium bonorum qui eundem sui nominis virum dicunt, tribunatum in eum contuli, datis sex cohortibus Saracenis, creditis etiam auxiliariibus Gallis cum ea Persarum manu quam nobis Artabasses Syrus mancipavit. Te queso, fili charissime, ut eum

placent hoc loco istæ nobilissima virtutes. itaque malim quod in vetere libro est: tam privatus quam imperator nobilissimus virtutibus claruit. qui genere non sunt, plerumque virtutibus sunt nobiles & clari. sic infra de eodem: Adolescens Probus corporis moribus tam clarus factus est, ut Valeriani iudicio tribunatum prope imberbis acciperet. & paulo post: ex quo apparet neminem unquam pervenisse ad virtutum summam, nisi qui puer seminario virtutum generosiore concretus aliquid inclytum designasset. hinc ergo dicit Probum & privatum & im-

peratorem virtutibus nobilissimum & clarissimum extitisse.

[I Quam nobis Artabasses Syrus mancipavit.] Artabassis Syrius. Pal. Syrius pro Syrus. quod & alibi notavimus. Artabassis est Ἀρταβάσσης. sic enim scribebant. sic Iyristis apud Sidonium Apollinarem;

Alcæo melior Iyristis ipso. hoc est λυεστής. perperam vulgo, Iyristes. & in vetere Epigrammate:

Hunc ludum inventor nimium Palamedis amavit.

Παλαμίδης. sed hæc alias.

¹ *eum juvenem quem imitari pueris omnibus volo, in tanto habeas honore* ² *quantum virtutes ejus & merita pro debito mentis splendore desiderant.* Alia epistola de eodem ad præf. præf. cum salario. *Valerianus Augustus Mulvio Gallicano præfecto prætorii.* ³ *Miraris fortassis, quod ego imberbem tribunum fecerim* ⁴ *contra constitutum divi Adriani.* Sed non multum miraberis ⁵ *si Probum cogitas.* ⁶ *adolefcentem vere probum.* ⁷ *Nunquam enim aliud mihi, quum eum cogito, nomen occurrit.* ⁸ *Quod nisi*

nomen

CASAUBONUS.

¹ *Eum juvenem quem imitari pueris omnibus volo.*] Imitari *μιμητικὸς*, pro ad imitandum propositum esse omnibus.

² *Quantum virtutes ejus & merita pro debito mentis splendore desiderant.*] Quid appellat mentis splendorem? viderint alii quomodo ista sint interpretaturi. ego mentis pro meritis suspicor esse scriptum: ac totum illud pro debito meritis splendore, interpretamentum esse eorum verborum quibus sunt inferta.

GRUTERUS.

³ *Miraris fortassis.*] Palat. *Mireris.*

⁴ *Contra constitutum Divi Adriani.*] Palat. *constantiam divi.* forte contra sententiam.

⁶ *Adolefcentem vere probum.*] Pal. & *adolefcentem vere Probus.* an fuit? est *adolefcentem vere probus.*

⁷ *Nunquam enim aliud mihi, cum eum cogito, nisi nomen occurrit.*] Restitui huic sententiæ suum decus; additâ è Pal. *vocula nisi*, quæ pessime aberat vulgaris.

SALMASIUS.

² *Quantum virtutes ejus & merita pro debito mentis splendore desiderant.*] Hæc verba, pro debito mentis splendore, glossamenti vicem insulta putat Casaubonus. cui libens assentiret, si modo veteres adstipularentur libri: vel nisi scirem alias multas & magis *ἔστι* locutiones in his auctoribus reperiri, & illo tempore usitatas fuisse,

quo linguæ puritas retro sublapta referri incipiebat, & in barbariem iam inclinabat. mentis igitur splendorem heic vocat, animi generositatem & virtutem, qua splendebat Probus, idem Valerianus de eodem Probo in epistola quadam infra: *sed ego in te non expecto aetatem, quum & virtutibus fulgeat & moribus polleas.* sic splendorem usurpavit in Macriano Juniore Trebell. *matre nobili, patre tantum forti, & ad bellum parato, atque ab ultima militia in ultimum perveniente ducatum, splendore sublimi.* ob stare tamen videtur huic interpretationi vox *debito*. nam si ita legeretur, pro mentis splendore, minus esset dubitationis. ita enim sæpe loquitur, ut infra: *te manet pro virtutibus tuis palmata.* nihil tamen mutandum puto.

⁴ *Contra constitutum Divi Adriani.*] Palat. *haber, constantiam divi Adriani.* an legendum, contra sententiam? sic sane suadet illa scriptura.

⁵ *Si Probum cogitas adolefcentem vere Probus.*] Nonnihil etiam heic dissentit ab edita, Palatini scriptura sic legens: *si Probum cogitas & adolefcentem vero probus.* ex qua pronum est facere: *sed non multum miraberis si Probum cogitas. est adolefcentem vere probus. non tamen damno vulgaritam.*

⁸ *Quod nisi nomen haberet, potius habere cognomen.*] Commendabatur hic Probus à probitate. nam sic supra de eo loquitur: *Adolefcentem Probus corporis moribus tam clarus est factus, ut Valerianus judicio tribunatum prope imberbis acciperet.*

nomen haberet, potuit habere cognomen. Huic igitur dari jubebis (quoniam mediocris fortuna est) ut ejus dignitas incrementis juvetur, ¹tunicas russulas duas, ²pallia Gallica duo fibulata, ³interulas paragaudias duas, ⁴patinam

ret. respiciebat nempe Vopiscus, cum illa scriberet, ad hæc verba epistolæ Valeriani, quibus Probo imberbi tribunatum defert, & eum maxime à probitate commendat. nullam enim aliam quam hanc causam adfert Valerianus, quare ei Tribunatum imberbi detulerit. sed dignum quæri est, cur corporis moribus eum clarum factum dixerit Vopiscus? aliæ sunt corporis, aliæ dotes animi. mores sunt animi non corporis. quid appellat igitur, mores corporis? legendum: *Adolescens Probus probis moribus tam clarus factus est.* quod sine dubio verum est. sic enim semper de Probo in hac vita leges. *Probus vere probus. Probus adolescens nominis sui.* quod miror non vidisse doctissimum virum.

CASAUBONUS.

¹ *Tunicas russulas duas.*] Scripti, *russulas*, ut alibi.

⁴ *Patinam argenteam librarum decem specillatam.*] Hæc valde sunt depravata in regio. nam pro *specillatam* certa sunt vestigia vocis *teffellatam*. sciunt omnes quid sit *teffellatio*: sed in celatura *teffellationem* nullam apud veteres invenio. nihil igitur muto. quemadmodum *filicata* opera quæ ad *filicis* herbæ speciem essent celata, dixerunt: sic ab eadem mente *corymbiata*, *specillata*, & alia id genus.

GRUTERVS.

¹ *Tunicas russulas duas.*] Pal. *russulas*, ut & alibi.

³ *Interulas paragaudias duas.*] Palat. *integulas*.

⁴ *Patinam specillatam.*] Sic & Palat. nisi quod is *specillatam*.

SALMASIUS.

¹ *Tunicas russulas duas.*] Scribe, *russulas*, ex libris. nam *russum*, *russuum*, & *russulum* dicebant, ut supra notabamus.

² *Pallia Gallica duo fibulata.*] Pallia fibulata Vopisco sunt, vel Valeriano potius, quas *sagochlamydes* idem vocavit in vita Claudii, epistola ad Zosimionem. nam ibidem Valerianus Claudio Tribuno dandas mandat, *tunicas russas, militares annuas duas, & sagochlamydes duas.* sic hoc loco idem dari vult Probo itidem Tribuno à se facto, *tunicas russulas duas, & pallia Gallica duo fibulata.* & hoc videtur legitimum fuisse vestiarium quod dabatur Tribunis. *sagochlamys* igitur & *pallium fibulatum* res eadem. *sagochlamys* enim dicta est, *chlamys* ad *sagi* Gallici modum facta, vel potius ex utroque composita, *sago* nempe & *chlamyde*. *chlamys* erat quidem undantior & profusior *sago*, & *fibula* stringebatur. *sagum* autem adstrictius & brevius. temperatum igitur ex utraque forma vestimentum, *sagochlamys* quæ dicitur. *pallium fibulatum* dixit pro eodem hoc loco Valerianus. *pallium* non simpliciter dixit, sed *pallium fibulatum*, quod *pallia* vulgo non essent *fibulata*, ut nec *saga*. unde in Regilliano Claudius ita scribit, *arcus Sarmaticos, & duo saga velim ad me mittas, sed fibulatoria.* Varro *virgula divina: Quum neque aptam mollis humeris fibulam sagus ferret.* *pallia* etiam laxiora & longiora *sagis*, unde *pallia fibulata sagochlamydes* istæ vocabantur, sed & *pallia* pro *chlamydis* dixit idem Valerianus ad Aurelianus: *tunicas ducales russas quattuor, pallia proconsularia duo.* nam ibi *pallia proconsularia*, sunt proconsulares *chlamydes*. Verum hæc alibi fusius & enucleatius. satis heic nobis ostendisse, *pallia fibulata*, & *sagochlamydes* eandem fuisse vestem.

⁴ *Patinam argenteam librarum decem specillatam.*] Melius scripseris ex libro

Palat. & vetere item editione, *specillatam*. nec aliter videntur habuisse libri Casauboni. *specillum* *ἰσπίδιον* à speculo. parvum nempe speculum. sic *vascellum* à vasculo. *locellus* à loculo, & similia. *specillata* autem *patina* à genere cœiaturæ dicta, quod intus haberet crebra exsculpta specula vel specella. Plinius lib. xxxi. cap. ix. *quinetiam pocula ita figurantur exsculptis intus crebris ceu speculis, ut vel uno intente populus totidem imaginum fiat.* hinc non dubium est patinam appellari *specillatam*, vel *speculatam*, quæ ad eum modum figurata esset, ut specula varia cælo expressa haberet intus ad reddendas plures imagines. in Claudio varia argumenta cœiaturæ argenti notavimus, *corymbiata*, *pampinata*, *bedevata* & *halieutica*, halieuticum scilicet boletar, in quo piscatio insculpta. sic Plinius meminit scyphorum in quibus venatio à Mentore fuit cœlata, quos scyphos thereuticos dici nihil vetat. Sed hæc alias pluribus.

I *Aureos Antoninianos centum, argenteos Aurelianos mille, æreos Philippeos decem millia.* Hoc annum videtur fuisse ac legitimum tribunorum stipendium. Hoc est ducenti & quadraginta aurei, vel quod idem est, viginti aurei mensuri. nam hanc summam efficiunt, aurei centum, argentei mille, & æreorum decem millia. per æreos autem intelligit sestertios; per argenteos, denarios. centum vero ærei unum aureum reddebant, centum argentei quattuor aureos. sciendum sane est illa tempestate æreos denarios dictos fuisse pro sestertiis, cum superioribus temporibus denarii de argenteis tantum dicerentur. ideo quos heic æreos vocat, supra denarios dixit Valerianus in Aureliani vita: *ipse autem ad sumptus, aureos Antoninianos diurnos binos, argenteos Philippeos minutulos quinquagenos, æris denarios centum.* nam æris denarii ibi sunt, qui vocantur heic ærei simpliciter, quique in

epistola Aureliani ad Gallonium infra in vita Bonosi, *æris sestertii* appellantur. quod alibi pluribus firmabimus in nostro de re nummaria. ducenti igitur & quadraginta aurei Romani, stipendium Tribuni. idque probatur epistola ejusdem Valeriani ad Zosimionem procuratorem Syriæ de Claudio Tribuno, in qua eadem de privato ærario dari vult, *annuos Philippeos centum quinquaginta, & in strenis quadraginta septem & trientes centum sexaginta,* quæ omnia si in unam summam redigas, efficiet ducentos quinquaginta aureos: qui numerus hunc nostrum superat aureis decem. quincuplum autem dabatur Duci, ejus quod accipiebat Tribunus, tam in salario quam in stipendio: unde centum aurei mensuri pro stipendio Duci numerabantur. Valerianus ad sumptus dari jubet Aureliano Duci aureos diurnos binos, argenteos quinquagenos, & denarios centum, hoc est *eis ἑξήκοντα* aureos diurnos quinos. erunt in annum mille octingenti viginti quinque aurei. at quincuplum ejus quod dari diximus Tribuno, habet tantum mille ducentos & quinquaginta aureos. In salario quidem omnia fere conveniunt, ut infra docebimus: in summa vero aureorum ad sumptus præbitorum Aureliano, non quincuplum, sed septuplum, & paulo plus reperitur. quod extra ordinem illi decretum fuisse putamus quamdiu Romæ foret. idque testatus est in fine epistolæ Valerianus. *Sane quoniam aliquid ei præcipue decernendum est: quandiu Romæ fuerit, pabula extra ordinem decernes.* Ipse autem ad sumptus aureos Antoninianos diurnos binos, &c. præcipue igitur hoc illi datum & extra ordinem credimus, quod non quincuplex acceperit, sed septuplum. etsi initio epistolæ dixerat rigorem publicum facere, ut accipere de provinciarum oblationibus extra ordinis suum gradum nemo plus possit. quod tamen non

Antonianos centum, ¹ argenteos Aurelianos mille, aureos Philippeos decem millia. Item in salario diurno, ² bubulæ pondo

non rigide semper observarunt imperatores: nam & compendia majora plerumque deferebant Tribunis & Ducibus, quam dignitas eorum postulabat, ut esset aliquod meritum pretium supra dignitatis & ordinis gradum. quod in Aureliani ducis persona non tantum statuit Valerianus, cui extra ordinem & præcipue pabula decerni voluit, sed etiam in Claudio Tribuno, cui non tanquam tribuno, sed tanquam duci specialiter illa omnia, quæ in ejus epistola habentur detulisse professus est, quod vir esset talis cui etiam plura deferenda essent. Habemus legitimum Tribuni & Ducis stipendium: gregarii militis quod fuerit, videamus. & diu quidem est cum viri docti nos docuerunt, aureos quaternos in mensem, justum fuisse militis stipendium ex illo Suetonii loco in Domitiano: *addidit & quartum stipendium militi aureos ternos.* quem locum corruptissimum vulgo sic emendant: *addidit & quartum stipendium militi ad aureos ternos.* & vere quidem quod ad sententiam. nam certum est Domitianum, ad aureos ternos, quos accipiebant prius milites stipendii nomine, aureum unum addidisse, & sic militaris stipendii modum quaternis in mensem aureis statuisse. sed verba ipsa quomodo stabunt? *quartum stipendium addidisse ad aureos ternos.* mirasane locutio, pro, quartum aureum addidisse ad ternos. quod enim dicunt stipendium vocari aureum unum, quem menstruum merebant sub Augusto milites, alterum porro stipendium adjecisse Caligulam, alium deinde principem tertium, postremo quartum stipendium addidisse ad tria priora Domitianum: quis rogo te, quis unquam sic locutus est? hoc indignum docto viro. nec mihi sit verisimile sic scripsisse Suetonium. ex numero quidem annorum stipendia sua numerabant mili-

tes: unde *senæ & vicenæ stipendia emeruisse* quidam leguntur in veteribus monumentis. sed ex aureorum numero plane novum & inauditum. hoc enim modo quadraginta & octo stipendia anno uno meruisse poterat miles, tot enim aureos accipiebat. quod quam ridiculum sit, nemo non videt. legendum in Suetonio puto: *addidit quartum stipendii militi in aureos ternos.* hoc est, addidit militi quartum aureum in ternos aureos stipendii, quod scilicet prius accipiebant. *addere quartum aureum in aureos ternos* proba & Latina locutio. sic enim *oleum in ignem addere, & aquam in mare* dixit Ovidius. possumus tamen etiam stipendium retinere, cum hac distinctione: *addidit & quartum stipendium militi, in aureos ternos.* id est, quartum, subaudi aureum, addidit in aureos ternos, militi stipendium. atque vera omnino est lectio, statuamus igitur quaternos aureos meruisse militem menstruos; duplum, centuriones, hoc est octonos: triplex equiti, nempe duodenos; quincuplum Tribunis datum, aureos scilicet vicenos; quincuplum Ducibus, ejus scilicet quod accipiebant Tribuni, id est aureos in mensem centenos. quæ nos alio loco latius exponemus & confirmabimus.

¹ *Argenteos Aurelianos mille.*] Sic supra, *aureos Valerianos, & thermæ Diocletianæ.* nihil igitur mutandum, vide quæ ibi notamus.

CASAUBONUS.

¹ *Argenteos Aurelianos mille.*] Malim, *Aurelianos.* ut Philippeos.

² *Bubulæ pondo.*] Deest numerus.

SALMASIUS.

² *Bubulæ pondo.*] Deest numerus, sed facile ex conjectura restitui potest, & ex aliorum locorum comparatione. Tribunus Probus in diurno sa-

pondo, porcinae pondo sex, caprinae pondo decem, gallinaceum per biduum, olei per biduum sextarium unum, ¹vini veteris diurnos sextarios decem, ²cum larido bubalino: salis, olerum, lignorum, quantum satis est. ³Hospitia

larido accepisse dicitur porcinae pondo sex. Duces quincuplex salarium accipiebant, ut superiori animadversione docuimus. Tacitus infra in epistola ad Probum Ducem orientis factum: *nos tibi decreto totius orientis ducatu salarium quincuplex fecimus. necesse est igitur Ducem in diurno salario habuisse porcinae vel laridi pondo triginta. idque verum esse liquebit ex Valeriani epistola qua salarium Aureliano duci decernit: in quo salario haec sunt: porcinae pondo triginta, bubulae pondo quadraginta. hac ratione legendum hoc loco fuerit: bubulae pondo octo, porcinae pondo sex. nam quadraginta pondo quincupla sunt ad octo, ut triginta ad sex. possumus tamen etiam legere: bubulae pondo sex. nam multa in alio Aureliani salario non quincuplicata sunt, sed quadruplicata. ut ecce, Probo Tribuno dantur haec vini veteris sextarii deni, Aureliano autem Duci in illa Valeriani epistola, sextarii quadraginta, quod est quadruplum. Tribuno datur gallinaceus per biduum: ibi vero duo gallinacei per diem Duci praebentur. sed magis probo ut pondo octo legamus.*

¹ Vini veteris diurnos sextarios decem.] Hæc legitima & sollempnis vini mensura Tribuno praebere solita. sic Claudio Tribuno Valerianus in salario annuo dabat, vini veteris sextarios tria millia quingentos. Decem autem diurni sextarii efficiunt sextarios annuos tria millia sexcentos quinquaginta sic in larido, sex pondo quæ ad diem dabantur Probo, si comparentur cum annuis duobus millibus, quæ Claudio accipiebat, non magnum invenietur in utroque salario discrimen ita de oleo & ceteris quæ nos alibi enucleatius perpendemus.

² Cum larido bubalino.] Bubalinum

laridum non aliunde nisi ex hoc loco novi. atqui putabam laridum de carne tantum suilla usurpari, nequid mentiar, suspectum semper habui hoc bubalinum laridum, & quis non mecum habeat? vetus lectio tam Palæcodicis, quam editionis piisæ, vitium prodit, nam legit, *larido bubalino*. in præsentia nihil venit in mentem aptius quam legere: *cum larido, bubula, salis, olerum, lignorum quantum satis est*. atqui, dixeris, meminit jam supra bubulae: meminit sane & porcinae, nisi quis putet porcinae & laridum diverse accipi. quod non puto. nam in salario Claudii laridi tantum mentio. & Cod. Theod. leg. II. laridum vocat & porcinae pro eodem. & leg. VI. eod. tit. *laridam carnem* pro porcina: sic enim legendum. *sed & laridam carnem & vervecinam etiam milites nostros solere percipere.* idem alibi tit. de cohortalibus, &c. leg. XVII. *id est pro octoginta libris laridæ carnis, pro octoginta libris olei, & pro duodenis mediis salis singuli solidi perforantur.* Sed & summo-pere notandum in Cod. Theod. tit. de erogat. milit. laridum opponi cani recenti. I. II. tit. eod. *cum militibus per Africam constitutis laridum vel recens fossam caro erogabitur.* larida igitur caro, est salita, quæ opponitur recenti & nondum salita. hinc in optimo Glossario *laridus* exponitur *ἔνεγος*. *Laridus, ἔνεγος*. inde *larida* caro apud Theodosium ἢ *ἔνεγος* ἢ *μεγέθυρον*. Nimis porro bonæ longæque patientiæ fuerunt doctissimi viri, qui hæc tandiu tulere laridum bubalinum.

³ Hospitia præterea eidem ut tribuniti legionum præberi jubebit.] Hospitia huic Probo præberi vult Valerianus, ut tribunitis legionum præbebantur, non autem reliquum salarium. nam duplex

tia præterea eidem ut tribunis legionum præberi jubebis.
 Et hæc quidem epistolæ declarant. Nunc quantum
 ex ephemeride colligi potuit, quum bello Sarmatico
 jam tribunus, transmissis Danubio, multa fortiter
 fecisset, publice in concione donatus est hastis puris
 quatuor, coronis vallaribus duabus, corona civica
 una, vexillis puris quatuor, armillis aureis duabus,
 torque

plex accipiebant legionum tribuni.
 erant autem, ut notum est, tribuni
 cohortium, & tribuni legionum: hos
 majores tribunos vocat Vegetius, il-
 los minores. & minores quidem ex
 labore provenire, majores per sacram
 epistolam creati. sed hæc non sunt
 hujus loci.

GRUTERUS.

1 Et hæc quidem epistolæ declarant.]
 Pal. epistolis declarantur.

CASAUBONUS.

3 Hastis puris q.] Sine ferro. Lege
 Servium ad illa,

Pura juvenis qui nititur hasta.

4 Vexillis puris q.] Sine purpura
 purpuræ vexillorum mentio apud
 Capitolinum in Gordianis. Supra
 Aureliano donabat Valerianus, ve-
 xilla bicolora quatuor, non autem
 pura.

SALMASIUS.

1 Et hæc quidem epistolæ declarant.]
 Vetus editio: Et hæc quidem epistolis de-
 clarantur.

2 Transmissis Danubio.] Transmissis, P.

4 Vexillis puris.] Vexilla pura inter-
 pretantur, sine purpura. sed interpre-
 tamentum non placet. nam vexilla il-
 la militaria tota purpurea vel rufsea.
 ideo flammulæ dicebantur, quod co-
 lore flammeo essent. nam flammeum
 & flammulum, ut rufseum & rufsu-
 lum. Vegetius: vexillationes vocantur
 ab eo, quod velis hoc est flammulis utuntur.
 quod & alibi observare memini. sed
 & in Gordianis in concione Mauri-

tii: sublata de vexillis purpura imperatores
 eos dicimus. cum scilicet in promptu
 non esset alia purpura quam vexil-
 lorum. atque hinc patet tota ex pur-
 pura fuisse vexilla. nam si ad orna-
 tum tantum aliquid purpuræ habuif-
 sent intextum, qui sufficere id potuif-
 set velandis humeris imperatoris? si
 igitur pura hæc vexilla interpretabi-
 mur, sine purpura, quo colore illa
 fuisse dicimus? sed nimium arguta-
 mur. vexilla pura hæc accipimus sine
 argento, vel auro. in signis autem &
 vexillis militaribus aurum & argen-
 tum intexi solitum, notius est quam
 ut indicare debeam. Plin. lib. xxxi r.
 cap. iiii. præcipuam gratiam huic mate-
 riæ fuisse arbitror, non colore qui in argen-
 to clarior est, magisque diei similis & ideo
 militaribus signis familiarior. Argento
 igitur magis usitatum erat vexilla in-
 signiri. nam & sic insignita pro præ-
 mio dabantur militibus, ut patet ex
 hac veteri inscriptione.

..... CVI
 OE VIRTVTEM SVAM SACRA
 TISSIMI. IMPER. CORONAM
 MVRALEM. HASTAM PVRAM
 ET VEXILLVM ARGENTO
 INSIGNE DEDERVNT.

perperam vir clarissimus, qui indi-
 cem laboriosissimum confecit, recen-
 set inter dona militaria, argenteum in-
 signe. debuit enim, vexillum argento in-
 signe. pura igitur vexilla ad differen-
 tiam argentatorum dicuntur. sic pura
 mantelia opponit auratis Spartianus in
 Alexandro. & pura scuta Servius de-
 pictis, quem vide.

torque aureo uno, patera sacrificali quinquelibri una. Quo quidem tempore ¹ Valerium Flaccum, adolescentem nobilem, ² parentem Valeriani, è Quadorum liberavit manu: unde illi Valerianus coronam civicam detulit. Verba Valeriani pro concione habita: *Suscipe Probe premia pro Rep. suscipe coronam civicam pro parente.* Quo quidem tempore legionem tertiam eidem addidit sub testimonio ejusmodi. Epistola de legione tertia. *Res gesta tua Probe charissime faciunt ut & serius tibi tradere majores exercitus videar, & cito tamen tradam. Recipe in fidem tuam legionem tertiam felicem, quam ego adhuc nulli nisi provento jam credidi: mihi autem eo tempore credita est quo & me canosum, qui credebat, cum gratulatione vidit. Sed ego in te non expecto aetatem, quum & virtutibus fulgeas, & moribus polleas.* ³ Vestes tibi triplices dari jussi, *salarium duplex feci,* ⁴ vexillarium deputavi. Longum est, si per res

gestas

¹ Valerium Flaccum.] Hunc Flaccinum vocat Pal. codex.

GRUTERUS.

¹ Valerium Flaccum.] Palat. Flaccinum.

CASAUBONUS.

² Parentem Valeriani.] Non *ῥέτα*. apage. adolescens enim erat. sed *ῥυξερῶν*, ut sæpe diximus.

SALMASIUS.

³ Vestes tibi triplices dari jussi, *salarium duplex feci.*] Vestes à salario separavit. sic supra vestes & salarium seorsim enumeravit. sic infra quoque: *nos tibi decreto totius orientis ducatu, salariorum quincuplex fecimus, ornamenta militaria geminavimus.* sic in Cod. Theod. diversi habentur tituli de erogatione militaris annonæ, & de veste militari. sic epistola Valeriani in vita Claudii hæc quatuor distincte posuit; salarium, vestem, argentum, & ministerium: *sane scias tantum à nobis ei decretum sala-*

rii quantum Ægypti prefectura: tantum vestium quantum proconsulatu Africæ: tantum argenti quantum accipit curator Illyrici: tantum ministeriorum quantum nos ipsi nobis per singulas quasque decernimus civitates. Et hunc ordinem fere servat idem Valerianus in alia epistola de salariis Claudio decernendis. nam priore loco quæ salarii sunt enumerat, deinde argentum, postea vestem & ultimo loco ministeria. In Cod. Theod. titulus de veste militari ponitur post tit. de erogatione militaris annonæ. sed hæc non tanti sunt, nam aliis locis turbatus hic ordo reperitur.

⁴ Vexillarium deputari.] Non dubium quin hic vexillarius ad ministerium vel obsequium deputatus Probo tribuno fuerit à Valeriano. sed quomodo vexillarium heic accipiemus, quærendum est. an vexilliferum intelligemus? sane vexillarii, imaginiferi, draconarii inter principales milites, ut & cornicularii, ducentarii, beneficiarii, quorum tamen plerisque in obsequio tribunorum & du-

& ducum fuisse reperio. in antiquis monumentis saepe occurrit, *beneficiarius tribuni, proconsulis, legati. sed & cornicularius tribuni.* in alia item inscriptione *ducenarius tribuni* reperitur, si credimus magno indicis concinnatori: sed in ipsa inscriptione, quam notat, nihil tale. nam ibi legendum: *vir ducenarius, Tribunus militaris legionis tertiae.* ita huic Probo legato legionis tertiae deputatur vexillarius ad obsequium. Accensi, ut plurimum, deputabantur ad obsequium Tribunorum, de quibus vide Vegetium, & alios. unde & vulgo *deputati* dicebantur, ut apud Nonium, qua de re pluribus alibi. erant & vexillarii, non vexilliferi illi quidem, sed sub vexillo veterani. quorum mentio apud Tacitum multis locis. quod genus militum essent illi vexillarii, dubitarent, immo plane ignorarent doctissimi Taciti commentatores. & Lipsius quidem exautoratos milites fuisse tradit, & nondum plane missos, qui à legionibus discreti sub vexillo retinebantur, donec deducerentur. nuperus corrector, non fuisse veteranos vexillarios, sed partem legionariorum, qui à legione sua aberant. nugæ. ut in pauca conferam, vexillarii erant, quos triarios vocabant veteres, iique fere ex veteranis qui sub vexillo retinebantur, aliorum omnium munerum immunes præterquam propulsandi hostis. nulla autem erat legio quæ non haberet hoc veteranorum vexillum. ideo cum vexillum legionis, aut vexilla legionum audis, de istis veteranis intelligere debes. sexcenti autem in unaquaque legione, nunquam plus aut minus. Livius lib. viii. *primum vexillum triarios ducebat veteranorum militem spectata virtutis.* idem paulo post *vexilla* vocat, istos triarios. Scribebantur autem *quatuor fere legiones quinis millibus pedum, equitibus in singulas legiones trecentis, alterum tantum ex Latino delectu adiciebatur, qui ea tempestate hostes erant Romanis, eodemque ordine instruxerant aciem: nec vexilla cum vexillis tantum,*

universi hastati cum hastatis, principes cum principibus, sed centurio quoque cum centurione, si ordines turbati non essent, sibi concurrendum esse sciebat. Hastatos principes & triarios in legionibus Romanis fuisse notum est. heic autem videmus vexilla vocari Livio *triarios.* sic *vexilla legionum* apud Tacitum saepe legere est. de numero videamus. Polybius sexcentos triarios habuisse legionem tradit. *ἡ τριαρὶς πρῶτα ἰσοδομοὺς ἐξακροσίας.* nunquam minuebatur aut augebatur hic numerus. idem: *εἰάν δὲ πολέως ἢ τριχίλιον ὄσιν, καὶ λόγον ποιῶντι τῶν ἀκροσίων, πᾶσι τῶν τριαρίων τέτρες αἰεὶ τὸ ἴσον.* tot numero fuere in legione vexillarii. Hyginus in Gromatico: *vexillarii legionum eandem pedaturam debent accipere, quam cohortes legionarie, quod ad sexcentenos homines computentur.* si tres itaque legiones, vexillarii erant mille octingenti. idem Gromaticus: *Legiones III. vexillarii 000000. cohortes Prætorie quatuor.* hi vexillarii omnium erant immunes, nisi propulsandi hostis. Tacitus annali primo: *missionem dari vicena stipendia, exautorari qui sena dena fecissent, ac retineri sub vexillo, ceterorum immunes nisi propulsandi hostis.* eandem immunitatem tribuit triariis Polybius: *ἐστὼν δὲ σημαιῶν ἐκείνων χιλιαρχῶν τριῶν, ἐν ἐκείνῃ δὲ τέττων ἀνδρῶν ὑπαρχόντων ὑπὲρ τὸς ἐκείνων, καὶ τοῖς τῶν τριαρίων καὶ γροσφομάων, ἕτοιγδ' ἔλειπε γῆσιν, τὸ μὲν ἔργον γίνεσθαι καὶ φρονεῖν ἀπὸ τῶν πρῶτον ἡμέραν ἐκείνη σημαία καθήκον τῶν λειτουργῶν.* idem triarios ex veteranis fuisse scribit: *τὸς δὲ ἀκροσίου τῶν ἡλικίας εἰς τὸς περὶ κίπυς. τὸς δὲ πρῶτον τῶν εἰς τριαρίων.* idem paulo post; *ὡς εἶναι τὸς μὲν πρῶτον τῶν καὶ τριαρίων πρῶτα ἰσοδομοὺς ἐξακροσίας.* falsum igitur quod putabat ὁ μικροεἰπὸς Lipsius, seorsum egisse istos veteranos signis aquilaque ademptis. nihil falsius. nam quod aliud quod vexillum separatim vult fuisse

gestas tanti percurram viri, quæ ille sub Valeriano quæ sub Gallieno, quæ sub Aureliano & Claudio privatus fecerit, quoties murum conscenderit, vallum diripuerit, hostem cominus interemerit, dona principum emeruerit, rempublicam in antiquum statum sua virtute reddiderit. Docet Gallieni epistola ad tribunos data, qui fuerit Probus. *Gallienus Augustus tribunis exercituum Illyricianorum. Etiam si patrem meum fatalis belli Persici necessitas tenuit, habeo tamen parentem Aurelium Probum, quo laborante possim esse securus. qui si affuisset, nunquam ille ne nominandus quidem tyrannus, sibi usurpasset imperium. Quare omnes vos consiliis ejus cupio parere, qui & patris judicio probatus est & senatus.* Non magnum fortassis judicium Gallieni esse videatur, principis mollioris, sed quod negari non

in exercitu, sub quo isti retenti, valde fallitur. vexillum hoc legionis fuit, quod proprium triariorum sive vexillariorum, nam ita dicebantur ætate Taciti. atque ita hujus auctoris verba accipienda sunt è primo An-
nali: *ne dimissis quidem finem esse militiæ, sed apud vexillum retentos, alio vocabulo eosdem labores perferre. alio vocabulo interpretantur veteranorum: ego vero vexillariorum.* sed de his omnibus nos alibi plenius in nostro ad Gromaticum Hygini commentario, ubi de istis vexillariis, & vexillationibus, & subsignario milite, quem perperam cum vexillariis confundunt, dicam μέγιστα κέρτα. vexillarium schola meminit vetus inscriptio. deputatum hunc Probo vexillarium fortassean possit aliquis esse putare ex hoc vexillariorum numero. apparitores sane milites, & Tribunis, & ducibus dabantur. quod sustulerat Severus; qui tamen quattuor milites ante Tribunum ambulare voluit, ante ducem sex, ante legatum decem. vide in ejus vita Spartianum. idem Valerianus Claudio tribuno deputaverat venatores duo qui obsequeren-

tur. Vexillarius igitur hic Probo deputatur ad obsequium. quid si vexillarium interpretemur vexilliferum? ita sane melius. sed quod obsequii genus præstitisse tribuno dicemus vexilliferum? fortassean ut ante tribunum ambularet cum vexillo, honoris & obsequii gratia. inter dona militaria, vexilla etiam fuisse notum est. hinc deputati etiam fortasse Tribunis & ducibus vexillarii, qui vexilla illa quæ in bello meruissent, præferrent, quoties aliquo procederent. de quo more nihil adhuc mihi lectum est. certum quidem est imperatoribus Romanis præferri solita vexilla, quocumque irent, & quotiescunque procederent. de quo nos supra. quibus addendus Justinus locus: *ἡ δὲ τριβυλια δὲ ἐν αὐτῇ τῷ αἰσθητῷ ὑμῶν πᾶσι (αὐτῶν ζῶντων), τὸ δὲ ἄλλο καὶ δυνάμειος τῶν σπυριῶν ἐν τῶν τοῖς δεξιῶν τῶν.* sic Beda lib. II. Hist. cap. XVI. narrat de Eduino rege: *Nec non & incedente illo ubilibet per plateas illud genus vexilli quod Romani insam, Angli appellant Tunf, ante eum ferri solebat.* Sed de his alibi plura.

non potest: ne dissolutus quidem quispiam se, nisi in ejus fidem tradit cujus sibi virtutes existimat profuturas. Sed esto, Gallieni epistola sequestretur. Quid Aureliani iudicium? qui Probo decimanos, fortissimos exercitus sui, & cum quibus ipse ingentia gesserat, tradidit sub hujusmodi testimonio: *Aurelianus Augustus Probo S. D. Ut scias quanti te faciam, decimanos meos sume, quos Claudius mihi credidit. Isti enim sunt qui quadam felicitatis prerogativa praesules nisi futuros principes habere non norunt.* Ex quo intellectum est Aurelianum in animo habuisse ut si quid sibi scienti prudentique eveniret, Probum principem faceret. Jam Claudii, jam Taciti iudicia de Probo longum est ⁷ innectere: quamvis feratur in senatu Tacitus dixisse, quum eidem offerretur imperium, debere Probum principem fieri. ³ Sed ego S. C. ipsum non inveni. Ipse autem Tacitus imperator primam talem ad Probum epistolam dedit: *Tacitus Augustus Probo. Me quidem senatus principem fecit de prudentis exercitus voluntate. Attamen sciendum tibi est, tuis nunc humeris magis incubuisse Remp. qui & quantus sis omnes novimus, scit senatus.* ⁴ Adesto igitur nostris necessitatibus: ⁵ tua familia

¹ Aurelianum in animo habuisse.] Vet. ed. in animo hic habuisse. forte: in animo sic habuisse, vel, animo hoc habuisse.

CASAUBONUS.

² Ut si quid sibi scienti prudentique eveniret, P.] Hoc est, si sibi morte sua mori contingeret, ita ut certus de obitu, suprema sua posset ordinare. non vulgare genus loquendi.

³ Sed ego S. C. ipsum inveni.] Omnino deest negatio: quam in regio libro invenimus & addi voluimus. Scribe, S. C. ipsum non inveni. extrat & in veteribus Italicis ut Cl. Putecanus adnotaverat.

GRUTERVS.

³ Sed ego Senatusconsultum ipsum non

inveni.] Ita & Pal. noster. nam negativa perperam aberat libris impressis.

⁵ Tua familia adfere; ut soles Remp.] Sic omnibus literis Pal.

CASAUBONUS.

⁴ Adesto igitur nostris necessitatibus, tua familia affere ut soles Remp.] Non nego modestissimum principem Tacitum fuisse, & qui fortasse cum factus est imperator, ἀρξεν quam ἀρξεν praoptasset: sed istud tamen non concoquo, quod ita expressis verbis Probum hortatur, ut suae familiae Remp. afferat. tolerabilius esset, si de communicando cum Probo imperio, aut de eo designando ad successionem, aliquid diceret: at ut auctor cuiquam Tacitus fuerit non sibi solum,

milia asserere, ut soles, Rempub. Nos tibi decreto totius Orientis ducatu, salarium quintuplex fecimus, ornamenta militaria geminavimus, consulatum in annum proximum nobiscum decrevimus: te enim manet pro virtutibus tuis Capitolina palmata. Ferunt quidam Probo id pro imperii omine fuisse quod Tacitus scripsit, *Te manet Capitolina*

solum, verum & familiae suae asserendi Remp. id vero nunquam factum. Nam qui à senatu imperium accepisset, jus faciendi principem senatui, pro ac debuit, conservatum voluit. Sed de menda hujus loci ne dubitandum quidem est. in regio offendimus, *tuae familiae adesto.* ab eodem abest verbum *asserere.* quo tamen retento, locum ita concipio: *mea familia adesto: asserere, ut soles, Remp.* sic paullo post acclamatur Probo à senatoribus: *Affertor senatus felix imperes.*

SALMASIUS.

5 *Tuae familiae asserere, ut soles, Remp.]* Multa ad hunc locum dixere viri eruditissimi, ut eum corruptum ostenderent. quas vero varietates ex suis libris protulerunt, eas nullas in nostris offendimus, quos tamen bonitate & antiquitate praecipuos fuisse satis constat. nihil etiam diversum praese ferebat editio vetus. Sane si quae praecedunt de Probo judicia Taciti consideremus, & in hac ipsa epistola cetera ejus verba ad eundem Probum, minus mirum nobis videatur, quod eum hic hortetur ad remp. familiae suae asserendam. nam cum in senatu offerretur Tacito imperium, dixit Probum magis sibi videri dignum cui deferretur. in hac autem epistola jam princeps factus dicit Probi humeris magis incubuisse remp. hinc eum hortatur, ut necessitatibus publicis adsit, & familiae suae remp. asserat. hoc est, sic remp. administret, ut familiae suae principatum inferret. nam qui vel eo tem-

pore, quo Tacito delatum est imperium, ipsius etiam Taciti iudicio dignus erat imperio, adeo ut & eum imperatorem fieri debere dixerit in Senatu: non mirandum est nunc ad eum scribere Tacitum, ut remp. familiae suae assereret, ut solebat scilicet, qui se jam ita gesserat, ut vel iudice Tacito qui princeps factus est, princeps fieri mereretur. Per haec igitur verba Tacitus spem facere videtur Probo imperii post se iure meritoque capiendi, utpote quem hortetur ita remp. administrare & ejus necessitatibus adeste, quod jam antea facere solitus erat scilicet, ut omnium ordinum suffragiis, ad imperium posset viam adfectare. non inquam mirum haec dicere Tacitum, qui jam antequam imperium acciperet, illud offerri deferretque Probo debere in senatu conserbat. Atque haec pro lectionis vulgaris defensione dicta sunt. cujus mutandae rationem nullam video nec ex libris veteribus, nec ex conjectura.

1 *Salarium quintuplex fecimus.]* Lege ex vet. edir. *salarium quincuplex.* sic in Tacito supra: *imago eius posita in Quintilianorum in una tabula quincuplex.* sic *quincuplices* apud Martialem in *temmate:*

Quincuplici cera cum datur altus honor.

in veteribus Glossis: *Quincuplan, πενταπλεον.* ita enim ibi legendum. item alibi in eisdem: *Quincuplan, πενταπλεον.* sic *quincuplex*, ut *septemples* in libris antiquis videor scriptum observasse.

pitolina palmata. ¹ Sed in hanc sententiam omnibus semper *Coss.* scribebatur. ² Amor militum erga Probum ingens semper fuit. ³ Neque enim unquam ille passus est peccare militem. Ille quinetiam Aurelianum saepe à gravi crudelitate deduxit. Ille singulos manipulos adiit, vestes & calceamenta perspexit: siquid prædæ fuit, ita divisit, ut sibi nihil præter tela & arma servaret. ⁴ Quinetiam ⁵ quum de prædato, sive ex Alanis

CASAUBONUS.

¹ *Sed in hanc sententiam omnibus semper Coss. scribebatur.]* A regio absunt illa, *semper Coss.* Non potest sane verum esse quod hic dicitur, nisi exponas commode, & *Coss.* intelligas designatos: nam hos consules manebat toga palmata, de Capitolio petenda, ut scribit Capitolinus in Gordianis. quare de consulibus qui inierant non vere dixeris Capitolinam eos manere.

³ *Neque enim unquam ille passus est peccare militem.]* Beatum Probum! si militum peccata dum coercet, eorum in se amorem accendit. hoc sane significat *to enim isto loco.* sed aliter Vopiscum scripsisse censeo. Lego, *peccari in militem.* sic alibi saepe magni duces in hac historia laudantur, quod milites à tribunorum suorum vexatione redemerint. hanc auctoris esse mentem probant sequentia: *ille quinetiam Aurelianum saepe à gravi crudelitate deduxit.* quasi dicat: non solum tribunos & duces ordinum molliores erga milites reddidit; sed ipsum etiam imperatorem Aurelianum ab ingenita sibi crudelitate deduxit.

GRUTERUS.

⁵ *Cum de prædato sive ex Alanis.]* Palatinus hic ex Alanis.

SALMASIUS.

² *Amor militum erga Probum ingens fuit. neque enim ille unquam passus est peccare militem.]* An ideo amatus Probus à militibus quod eos peccare non

fineret? res mira. contra enim solet evenire; & odium magis inde militum, quam amorem alius incurrisset. succurrebat itaque legi posse: *neque enim unquam ille passus est peccari in militem.* quod & Casaubono in mentem videbam venisse. sed aliter libri veteres, qui omnes cum vulgato consentiunt. editam igitur lectionem, qua licet, interpretemur. peccare milites non sinebat Probus, ne utique post peccatum, eos puniret. qui peccare permittit, cum possit prohibere, & tamen post peccatum, castigat, merito odio habetur. at non ita Probus. quomodo vero ille, ne milites peccarent, curabat? in officio eos & disciplina retinendo, non vi aut ingratias, sed amore & benevolentia. cum igitur amaret milites, vicissim quoque ab illis amabatur, qui & amore ejus & reverentia peccare timebant. sic in Gordiano tertio Capitolinus: *Tribuni eum & duces usque adeo timerunt, & amaverunt, ut neque vellent peccare, neque ex ulla parte peccarent.* qui locus haud modice confirmat, & hanc vulgatam lectionem, & hanc ejus interpretationem nostram. si quis tamen malit cum Casaubono legere, *peccari in militem,* quod mavult, sequatur.

⁴ *Quinetiam quum de prædato sive ex Alanis, sive ex aliqua alia gente incertum est.]* Palatinus cum veteri editione: *quum de prædato hic ex Alanis, sive ex aliqua alia gente.* quid sit nescio. pro illis autem, *sive ex Alanis, sive ex aliqua alia gente incertum est,* repertus esset

Alanis sive ex aliqua alia gente incertum est, re-
 ptus esset equus non decorus, neque ingens, qui, quan-
 tum captivi loquebantur, ¹centum ad diem milliaria
 currere diceretur, ita ut per dies octo vel decem con-
 tinuaret, & omnes crederent Probum tale animal si-
 bimet servaturum, jam primum dixit, *Fugitivo mi-
 liti potius quam forti hic equus convenit.* ²Deinde in ur-
 nam ³militares jussit nomen suum mittere, ut aliquis
 eum forte ductus acciperet. Et quum essent in exer-
 citu quidam nomine Probi alii quatuor milites, casu
 evenit ⁴ut primum emergeret cui Probo nomen exi-
 steret, quum ipsius Probi ducis nomen missum non
 esset. Sed quum quatuor illi milites inter se contende-
 rent, ac sortem sibi quisque defenderet, jussit iterum
 agitari urnam: sed & iterum Probi nomen emerfit:
 quumque tertio & quarto fecisset, quarto Probi no-
 men effusum est. Tunc omnis exercitus equum illum
 Probo duci dicavit, ipsis etiam militibus quorum no-
 mina exierant, id volentibus. Pugnavit & contra
 Marmaridas in Africa fortissime, eos denique vicit,
 atque ex Libya Carthaginem transiit, eandemque à
 rebellionibus vindicavit. Pugnavit & singulari certa-
 mine contra quendam Aradionem in Africa, eundem-
 que prostravit: & quia fortissimum ac pertinacissimum
 virum viderat, sepulcro ingenti honoravit, quod ad-
 huc extat ⁵tumulo usque ad ducentos pedes terræ lato

per

esset equus non decorus, bonus & anti-
 quus aliquis auctor dixisset, ex A-
 lanis, an ex aliqua alia gente incertum est,
 repertus esset.

GRÜTERUS.

¹ Centum ac decem milliaria currere.]
 Pal. millia.

³ Militares jussit nomen suum mitte-
 re.] Palat. tantum habet, milites jussit
 mittere.

⁴ Ut primum emergeret cui Probo nomen
 existeret, &c.] Pal. ut qui primum Probo
 nomen existeret.

SALMASIUS.

² Deinde ^{in urnam militares jussit.]}
 Vet. ed. milites. infra etiam milites
 semper vocat: quum essent in exercitu
 quidam nomine Probi alii quatuor milites.
 & paulo inferius: ipsi etiam militibus,
 quorum nomina exierant id volentibus. de
 militibus, & militaribus diximus supra.

CASAUBONUS.

⁵ Tumulo usque ad ducentos pedes terræ
 lato p.] Legebam alto: sed propter vo-
 cem terræ nihil censeo mutandum.
 nam

per milites quos otiosos esse nunquam est passus. ¹ Extant apud Ægyptum ejus opera quæ per milites struxit in plurimis civitatibus. In Nilo autem tam multa fecit ut vectigal frumentarium solus adjuverit: pontes, templa, porticus, basilicas labore militum struxit: ora fluminum multa patefecit, paludes plerasque ficcavit, atque in his segetes agrosque constituit. Pugnavit etiam ² contra Palmyrenos pro Odenati & Cleopatrarum partibus Ægyptum defendentes, primo feliciter, postea temere, ut pene caperetur: sed postea relictis viribus, Ægyptum & Orientis maximam partem in Aureliani potestatem redegit. ³ Quum igitur tot & tantis

nam omnino verum est *lato*. quo latior agri modus sepulcro assignabatur, eo magis crescebat honos. constat hoc ex antiquis inscriptionibus, & Horatii interpretibus ad illum versum in octava libri primi Satyrarum:

Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum
Hic dabat.

SALMASIUS.

¹ *Tumulo usque ad ducentos pedes terra lato per milites.* Magna & mira hallucinatio magni viri, qui ducentos istos pedes terræ, de modo agri accipit, qui vulgo apud veteres sepulcris assignabatur. qua de re frequens in vetustis inscriptionibus mentio, & apud veteres auctores. sed quæro quid operis opera militum in assignando hoc tam lato agri modo qui usque ad ducentos pedes pareret? At dicit heic auctor, Probum per milites ideo tam larum tumulum curavisse extruendum, quod eos otiosos esse nunquam pari posset. præterea tumulus, est *agger sepulcri*, *ἄγος τοῦ τάφου*. atqui omne illud spatium, quod monumentis adscribebatur, tumulus non occupabat. falsa igitur lectio, *lato*. legendum enim, *alto*: aut quod verius, & propius est, *elato*, hoc modo: *sepulcro ingenti honoravit, quod ad hoc extat, tumulo usque ad ducentos pedes*

terra elato. minimum nobis in hac emendatione indulsum, quæ tamen verissima est. *ex terra lato*, fecimus, *terra elato*. oportet ingens hoc sepulcrum fuisse, quod tumulum terra elatum haberet, usque ad ducentos pedes.

CASAUBONUS.

¹ Extant apud Ægyptum ejus opera quæ per milites struxit in plurimis civitatibus. Non in Ægypto solum, sed etiam in aliis plerisque provinciis, ut Africa, Gallia, Pannonia, Mœsia, vide Aurelium Victorem. Erat hic mos ducum & Imp. Rom. cujus multa in historia exempla.

SALMASIUS.

² *Contra Palmyrenos pro Odenati & Cleopatrarum partibus Ægyptum defendentes.* Vetus editio non habet illud *pro*. legendum: *pugnavit contra Palmyrenos, Odenati & Cleopatrarum partibus Ægyptum defendentes*. elegans & Latina loquutio, nemo neget, defendere rem aliquam alicui. sic paulo supra: sed quum quattuor illi milites inter se contenderent, ac sortem sibi quisque defenderent. nihil tritius hoc loquendi genere.

³ *Quum his igitur tot & tantis virtutibus.* Quum igitur his tot & tantis virtutibus eniteret. ita vet. ed.

1 Non

tis virtutibus eniteret, Tacito absumto fataliter, ac Floriano imperium arripiente, omnes Orientales exercitus eundem imperatorem fecerunt. Non inepta neque inelegans fabula est, scire quemadmodum imperium Probus sumpserit. Quum ad exercitus nuntius venisset, tum primum animus militibus fuit praevenire Italicos exercitus, ne iterum senatus principem daret. sed quum inter milites sermo esset quis fieri deberet, & manipulatum in campo tribuni eos alloquerentur, dicentes requirendum esse principem aliquem fortem, sanctum, verecundum, clementem, probum: idque per multos circulos, ut fieri assolet, diceretur, quasi divino nutu undique ab omnibus acclamatum est, *Probe Auguste, dii te servant.* 2 deinde concursus, & cespitium tribunal: appellatusque imperator, ornatus etiam pallio purpureo quod de statua templi oblatum est: atque inde ad Palatium reductus, invitus & retrectans, & saepe dicens, 3 *Non enim vobis expedit, milites, 4 non mecum bene agetis. Ego enim vobis blandiri non possum.* Prima ejus epistola data ad Capitonem praefectum praetorio talis fuit: *Imperium nunquam optavi, & invitus accipi. Deponere mihi rem invidiosissimam non licet. Agenda est persona quam mihi miles imposuit.* 5 *Te quaeso, Capito,*

ita

1 *Non inepta neque inelegans fabula est.*] Palatinus mirificam lectionem exhibet, ita legendo: *non in Aegyptum neque inelegans fabula est.* scio genus quoddam fabularum Aegyptium esse dictum. sed quid illæ ad hunc locum? vulgatam lectionem retinemus. nihil enim in vetere boni est.

4 *Non mecum bene agetis.*] Melius ex Palatino legas: *non mecum bene agetis.*

GRUTERUS.

3 *Non vobis expedit milites.*] Sic Pal. excluso enim, quod infarctum erat editis, non necessario.

CASAUBONUS.

2 *Deinde concursus & cespitium tribunal.*] Erectio tribunalis certissimum creati imperatoris erat argumentum. & ratio est, quia alloquendi principem uni ac soli imperatori jus fuit, sicut observabamus ad Capitolini divum Verum.

5 *Te quaeso Capito, ita mecum salva Rep. perfruaris.* Ann.] Distingue melius: *Te quaeso Capito, ita mecum salva Rep. perfruaris, ann.* Egregia vero obtestatio illa Probi, *ita mecum salva Rep. perfruaris*, iis similis, de quibus notamus ad lib. xi. Suetonii, cap. xxviii.

I Ita-

ita mecum salva Repub. perfruaris, annonam & commeatus & quicquid necessarium est ubique militi pares: ego, quantum in me est, si recte omnia gubernaveris, praesentum alterum non habebo. Itaque milites cognito quod imperaret Probus, Florianum qui quasi hereditarium imperium arripuerat, interemerunt, scientes neminem dignius imperare quam Probum. Ita ei sine ulla molestia totius orbis imperium & militum & senatus iudicio delatum est. Et quoniam mentionem senatus fecimus, sciendum est quid ipse ad senatum scripserit, quid item ad eum amplissimus ordo rescripserit. Oratio Probi prima ad senatum. Recte atque ordine P. C. proximo superiore anno factum est, ut vestra clementia orbi terrarum principem daret, & quidem de vobis, qui estis mundi principes, & semper fuistis, & in vestris posteris eritis. atque utinam id Florianus expectare voluisset, nec velut hereditarium sibi vindicasset imperium, vel illum vel alium quempiam majestas vestra fecisset. Nunc quoniam ille imperium arripuit, nobis a militibus delatum est nomen Augustum, vindicatum quinetiam in illum a prudentioribus militibus, quod fuerat usurpatum. Quae-so ut de meis meritis faciatis quicquid iusserit vestra clementia. Item S. C. Die tertio nonas Februarias in aede Concordiae: inter caetera. Aelius Scorpianus cos. dixit, Audistis P. C. literas Aurelii Valerii Probi: de his quid videtur? Tunc acclamatum est, Probe Auguste, diu te servent. Olim dignus, & fortis, & justus, bonus duxor,

SALMASIUS.

1 Itaque milites cognito quod imperaret Probus.] V. ed. hoc ordine habet: Cognito itaque quod imperaret Probus, milites Florianum, &c.

2 Neminem dignius imperare quam Probum.] Pal. & editio vetus addunt: neminem dignius imperare posse quam Probum.

5 Ut de meis meritis faciatis.] Eadem editio, facturus, perperam, Tom. II.

CASAUBONUS.

2 Proximo superiore anno f.] Ex his verbis intelligi potest Tacitum, qui sex tantum menses imperium tenuit, sub anni finem creatum fuisse imperatorem, & sequentis anni principio interemptum.

4 Quae-so ut de meis meritis f.] Pone ante ista minorem distinctionem loco majoris, & superioribus connecte.

T i

i Testes

ctor, bonus imperator. Exemplum militia, exemplum imperii, dii te servent. Assertor Reipubl. felix imperes: magister militia, felix imperes: te cum tuis dii custodiant. Et senatus antea te delegit. Atate Tacito posterior, ceteris prior. Quod imperium suscepisti, gratias agimus. Tuere nos, tuere Rempubl. bene tibi committimus quos ante servasti. Tu Francicus, tu Gotthicus, tu Sarmaticus, tu Parthicus, tu omnia, & prius fuisti semper dignus imperio, dignus triumphis: felix agas, feliciter imperes. Post hæc Manlius Statianus, qui primæ sententiæ tunc erat, ita loquutus est: Diis immortalibus gratias, & praeteris P. C. Jovi Optimo, qui nobis principem talem qualem semper optabamus, dederunt. Si recte cogitemus, non nobis Aurelianus, non Alexander, non Antonini, non Trajanus, non Claudius requirendi sunt: omnia in uno principe constituta sunt: rei militaris scientia, animus clemens, vita venerabilis, exemplar agenda reipublicæ, atque omnium prærogativa virtutum. enim vero quæ mundi pars est quam ille non vincendo didicerit? Testes sunt Marmaridæ in Africa solo victi, testes Franci in viis strati paludibus, testes Germani & Alemanni longè à Rheni submoti litoribus. Jam vero quid Sarmatas loquar, quid Gotthos, quid Parthos, ac Persas, atque omnem Ponticum tractum? ubique vigent Probi virtutis insignia. Longum est dicere quot reges magnarum gentium fugaverit, quos duces manu sua occiderit, quantum armorum sit quæ ipse cepit privatus. Superiores principes, quas illi gratias egerint, testes sunt literæ publicis insertæ monumentis. Diu boni, quoties ille donis militariis est donatus? quas militum laudes emeruit? Adolescens tribunatum, non longe post adolescentiam regendas legiones accepit. Jupiter OPT. MAX. Juno regina, tuque virtutum præsul Minerva, tu orbis Concordia, & tu Romana Victoria, date hoc senatui

P. O. R.

SALMASIUS. | 2 Adolescens Tribunatum.] Pal. ir-
 1 Testes Franci in viis strati paludibus.] | bmatns.
 Forte legend. in suis strati paludibus.

1. Nomen

P. Q. R. date militibus, date sociis, atque exteris nationibus. Imperet quemadmodum militavit. Decerno igitur P. C. votis omnium concinentibus ¹ nomen Casareum, nomen Augustum, addo proconsulare imperium, patris patrie reverentiam, pontificatum maximum, jus tertie relationis, tribunitiâ potestatem. Post hæc acclamatum ¹³ est, Omnes omnes. ² Accepto igitur hoc S. C. ³ secundum orationem ⁴ permisit patribus ⁵ ut ex magnorum judi-

¹ Nomen Casareum.] Idem, Casarivm.

² Accepto igitur hoc S. C. secundum orationem permisit patribus.] Aliquid deest, & vitiosa hæc lectio est. fortean scribendum: accepto igitur hoc S. C. secundam orationem habuit, qua permisit patribus. supra habuimus primam orationem Probi ad senatum, at heic secundæ mentionem facit. fortasse etiam scribendum minima mutatio: secunda oratione permisit patribus.

GASAU BONUS.

² Accepto igitur hoc S. C. secundum orationem permisit patribus, v.] Regius, secundam orationem permisit patribus. ex parte vulgatam emendans, ex parte corrumpens. Nam scribendum, per secundam orationem. dixit supra: Oratio Probi prima ad senatum.

⁴ Permisit patribus ut ex magnorum judicum appellationibus ipsi cognoscerent.] Magni judices sunt majores magistratus qua urbani, qua provinciales, ut sæpe exposuimus. post Aureliani mortem, quo tempore summam Reip. & vim ipsam imperii sibi patres vindicarunt, institutum fuerat, ut non ad patres, verum ad Urbis præfectum provocaretur à proconsulibus, & omnibus judicibus ordinariis: à præfecto Urbis postea ad senatum appellatio restabat, velut anchora quædam sacra. sed hos circuitus sustulit hac oratione Probus, sanciens, ut à proconsulibus & aliis judicibus majoribus, restà senatus appellaretur.

Pro magnorum judicum censebat Petrus Faber melius scriptum iri majorum jud. sane in libris juris majores judices legere est; magnos, quod meminerim, nunquam.

GRUTERUS.

³ Secundum orationem.] Cum sit in codice Regio, secundam, vix dubium sit legendum detracta littera, secundâ oratione. supra enim fuit; Oratio Probi prima ad Senatum.

SALMASIUS.

⁵ Ut ex magnorum judicum appellationibus ipsi cognoscerent.] Quod ad rem ipsam attinet, sic sæpe factum à bonis principibus, ut multum senatui deferrent, & appellationes ex majoribus judicibus qua urbanis qua provincialibus, ad senatum ire juberent, sic Marcus Antoninus, appellationibus à consule factis senatum judicem dabat, referente Capitolino in ejus vita. Nero quoque decreverat, ut omnes appellationes à judicibus ad senatum fierent. sed de his nos alibi. magnos potro judices, quorum heic mentio, in majores male mutant magni viri. rationem si quæris, hæc afferunt. majores judices in libris juris sæpe legere est, magnos nunquam. ridicule. quasi major & magnus judex non idem sit. qui magni judices huic Vopisco dicuntur, Ammianus celsos judices eos appellat, & celsiores potestates, & celsus. de quibus ad ipsum plura.

judicum appellationibus ipsi cognoscerent, ¹ procon-
sules crearent, legatos consulibus darent, ² jus præto-
rium

CAS AUBONUS.

¹ Proconsules crearent, legatos consuli-
bus darent.] Scribendum, proconsulibus.
de his enim hic sermo est, non de
consulibus. Nihil autem in hoc novi
juris, sed veteris tantum juris ac con-
suetudinis instauratio.

² Jus prætorium præsidibus darent.]
Ut præfides provinciarum ex admi-
nistratione sua reversi sederent in se-
nato inter prætorios. hoc vocat *jus*
prætorium, sive *prætorum*. in regio deest
jus.

SALMASIUS.

¹ Proconsules crearent, legatos consuli-
bus darent.] Corrigit, legatos pro-
consulibus darent. sed mihi non pla-
cent cum hac correctione. procon-
sules non legatos ipsi sibi, quos vel-
lent, sumebant, sed eos à senatu
accipiebant. igitur non magnum aut
mirum, ut qui proconsules crearent,
iisdem legatos proconsulibus darent.
nec necessum habuit Probus, post-
quam permisit senatui Proconsules
creandi potestatem, iisdem quoque
ut proconsulibus legatos darent, per-
mittere. legend. omnino puto: *procon-*
sules crearent, legatos ex consulibus darent.
legati ex consulibus, sunt legati consulares,
qui provincias consulares, jure ac po-
testate consulari administrabant. sic ex
consulibus viros supra notavimus, pro
viros Consulares. Provincie per illa tem-
pora erant proconsulares, erant le-
gatorie, erant & præfides. de qui-
bus in multis hujus historiae locis
mentio est. & nos de his in superio-
ribus multa diximus. alibi etiam apud
hos auctores dividuntur in pro-
consulares, consulares, & præfida-
les. legatorie autem regebantur par-
tim à legatis consularibus, partim à
legatis prætoriiis, sive propratore. u-
triusque generis legatorum memi-
nit hic Vopiscus, consularium &
prætoriarum: qui quum dicit Pro-

bum senatui permisisse ut Procon-
sules crearent, nihil in eo novi à Pro-
bo statutum est, sed jus verus sena-
tui restitutum. nam constat jam inde
ab Augusto ex divisione provincia-
rum per eum facta provincias pro-
consulares in potestate populi fuisse,
easque à senatu ordinari consue-
sse. multi tamen post Augustum princi-
pes jus earumdem ordinandarum ad
se revocarunt, populo ereptum, quod
semper ab optimis quibusque princi-
pibus senatui restitutum. sic Alexan-
dram Severum narrat Lampridius
non nisi de Senatus sententia pro-
vincias proconsulares ordinasse. sic
alii boni imperatores fecerunt. sed
in eo Probus præter ceteros principes
insigniter fuit probus, quod non
solum quæ populi erant provincie
populo restituit, senatuique permi-
sit ordinandas; verum etiam quæ
Cæsaris semper fuere propria, ei-
dem senatui, ut in eas legatos mit-
teret, concesserit. legatos enim tam
consulares quam prætorios in suas
provincias mittere solebat Cæsar,
non senatus, aut populus. *legati* igitur
ex *Consulibus* hoc loco sunt legati
consulares. atque ita omnimodis e-
mendandum.

² Jus Prætorium præsidibus darent.]
Jus prætorium præsidibus dare, non est,
quod esse somniarunt hoc loco viri
doctissimi. *jus prætorium* interpretan-
tur, quo præfides reversi ex admi-
nistratione suarum provinciarum, se-
debant in senatu inter prætorios. ca-
ve hoc esse censeas. *præsidibus jus præ-*
torium dare, aliud nihil est, quam
præfides cum jure prætorio in pro-
vincias mittere. qui cum jure consu-
lari provincias administrabant Cæsa-
rianas, consulares dicebantur, etiam
nunquam consules fuissent. sic quos
Cæsar idem provinciis suis præficie-
bat cum jure prætorio regendis, præ-
torii legati, & legati propratorii
audie-

rium præsidibus darent; ¹ leges quas Probus ederet, senatusconsultis propriis coniecrarent. ² Statim deinde, si qui de interfecto Aureliani superfuerant, vario genere vindicavit. Mollius tamen moderatiusque quam prius exercitus & postea Tacitus vindicaverant. Deinde animadvertit etiam in eos qui Tacito infidias fecerant. Floriani fociis pepercit, quod non tyrannum aliquem videbantur sequuti, sed sui principis fratrem. Receptit deinde omnes Europenses exercitus, qui Florianum & imperatorem fecerant & occiderant. His gestis, cum ingenti exercitu Gallias petit: ³ quæ omnes, ⁴ occiso Posthumio, turbatae fuerant, interfecto Aureliano, à Germanis possessæ. tanta autem illic prælia feliciter gessit, ⁵ ut à Barbaris sexaginta per Gallias, nobilissimas reciperet civitates: ⁶ prædam deinde omnem, ⁷ qua illi præter divitias etiam

audiebant. sic alibi apud hos auctores, *ius proconsulare alicui decernere*, est proconsulem facere. nam qui proconsulari potestate & imperio provincias regebant, proconules erant, tamen nunquam consules fuissent.

CASAUBONUS.

¹ *Leges quas Probus ederet se iatusconsultis propriis coniecrarent.*] Ne hoc quidem novum videtur: nam & veteres imperatores soliti de rebus quas legellent comprehendere differere in senatu, aut sententiam suam scripto complexi orationem ad senatum mittere. Sed fortasse institutum à Probo, ut quicquid edicto principis sancitum fuisset, patrum decreto confirmaretur.

² *Statim deinde si qui de interfecto Aureliani superfuerant, vario genere vindicavit.*] Cur dicat statim, declarat Zosimus, qui Probum firmato imperio suam Reipubl. administrationem ab istorum supplicio scribit exorsum. eum lege de tota hac historia.

³ *Quæ omnes occiso Posthumio tur-*

batæ fuerant.] Posthumium intelligo, qui inter xxx. tyrannos dictus Polioni. hic dum vixit, Barbaros omnes à Galliis sua virtute summovit: eo extincto irrupere undique in Gallias limite fracto varix gentes: quas neque Claudius neque Aurelianus loco pellere poterant.

⁵ *Ut à Barbaris sexaginta per Gallias nobilissimas reciperet civitates.*] Probus ipse mox in epistolis ad senatum: *septuaginta urbes nobilissimæ captivitate hostium vindicatæ, & omnes penitus Gallie liberatæ.* aut igitur *septuaginta* hic scribi debuit, aut ibi *sexaginta*.

SALMASIUS.

⁴ *Occiso Posthumio.*] Postumo vet. ed. ita semper, atque ita etiam nummi.

⁷ *Qua illi præter divitias efferebantur ad gloriam.*] Palatinus cum veteri editione: *qua illi præter divinas efferebantur ad gloriam. divinas male scriptum pro divitias. sed illud efferebantur fortasse retinendum. convenit id enim feris & barbaris nationibus.*

CASAUBONUS.

⁶ *Prædam deinde omnem, qua illi præter divitias etiam efferebantur ad gloriam.*] Non.

iam efferebantur ad gloriam. Et quum jam in nostra ripa, imo per omnes Gallias securi vagarentur, caesis prope quadringentis millibus qui Romanum occupaverant solum, ¹ reliquias ultra Nicrum fluvium & Albam removit, tantum his prædæ Barbaricæ tulit, quantum ipsi Romanis abstulerant: ² contra urbes Romanas & castra in solo Barbarico posuit: atque illic ³ milites collocavit. ⁴ Agros, & horrea, & domos, annonam Transrhenanis omnibus fecit, iis videlicet, quos in excubiis collocavit: nec cessatum est unquam

Non assentior viris doctis qui sollicitant hujus loci scripturam: est enim plana sententia: non solum civitates, inquit, verum & prædam omnem recepit, coactis Barbaris, ut eam ipsi redderent: cum quidem, ut statim sequitur, in eos vindicatum est, qui prædam fideliter non reddidissent. moverat autem Romanis animos, quod Barbari non solum ditati abacta præda; verum & insolentia fuerant inflati. ideo auctor ait, præter divitias.

¹ Reliquias ultra Nicrum fluvium & Albam removit.] Scripti, *Albam*. melius. *Albim* notissimum flumen: etiam Nicer, qui hodieque Neccarus. ad hunc fluvium sæpius pugnarunt Romani cum gentibus, quæ se agentibus fatis è septentrione in orbem Romanum effuderunt.

² Contra urbes Romanas & castra in solo Barbarico posuit.] Malim, contra hos urbes R.

³ Agros & horrea & domos & annonam Transrhenanis omnibus fecit.] Cogitemus de hoc loco: nam agros & annonam facere alicui, duriuscule dictum, & fortasse $\sigma\sigma\kappa \kappa\lambda\iota\sigma\theta\eta\lambda\omicron\nu$.

GRUTERUS.

¹ Reliquias ultra Nicrum fluvium & Albam removit.] Pal. *Nigrum*. male. *Nicrum* enim retinemus, *Albimque* etiam malimus, quam *Albam*.

SALMASIUS.

² Contra urbes Romanas, & castra in solo barbarico posuit.] Dele $\&$, ac lege: contra urbes Romanas castra in solo barbarico posuit, a que illic milites collocavit, sic Idatius in Fastis consularibus notat sub Diocletiano castra facta in Sarmatia contra Acincum & Bononiam. His consulibus, hoc est Constantio & Maximiano, castra facta in Sarmatia contra Acincum & Bononia, falsa igitur lectio, quam reponit vir magnus, contra hos urbes Romanas, & castra in solo barbarico posuit. hic videtur hujus loci mentem minime intellexisse. castra in solo barbarico fiebant, ad extendendum limitem, militisque in his collocabantur ad defendendas urbes limitaneas Romanas. de his castris, & militibus castranis, nos plura ad Hygini Gromaticum.

³ Agros & horrea, & domos & annonam Transrhenanis omnibus fecit.] De hoc loco cogitandum ait Casaubonus. sed satis cogitatum est. quod enim dicit duriuscule dictum videri, agros & annonam Transrhenanis facere, ideoque suspectum habet, frustra est. annonam facere, non durius est, quam salarium facere, quod habuimus supra in epistola Taciti ad Probum: nos tibi decreto totius orientis ducatu salarium quincuplex fecimus, facere annonam alicui, & facere salarium idem est, pro constituere ac decernere. sic etiam facere agros, pro dare vel assignare.

quam pugnari, quum quotidie ad eum Barbarorum capita deferrentur, jam ad singulos aureos singula, quandiu reguli novem ex diversis gentibus venirent, atque ad pedes Probi jacerent: quibus ille primum obfides imperavit, qui statim dati sunt; deinde frumentum, postremo etiam vaccas atque oves. Dicitur jussisse his acrius, ut gladiis non uterentur, Romanam expectaturi defensionem, si essent ab aliquibus vindicandi. Sed visum est id non posse fieri, nisi si limes Romanus extenderetur, & fieret Germania tota provincia. Maxime tamen, ipsis regibus consentientibus, in eos vindicatum est, qui prædam fideliter non reddiderunt. Accepit præterea fedecim millia tironum, quos omnes per diversas provincias sparsit, ita ut numeris,

CASAUBONUS.

1 Si essent ab aliquibus vindicandi. Si qui hostes existerent, qui ipsos bello premerent, dum suas injurias ulciscuntur. ita videtur exponendus hic locus.

SALMASIUS.

2 Ita ut numeris vel limitaneis militibus. Id est, numeris & limitaneis militibus. sic multis locis positum hoc vel apud hos auctores observavimus. ita sumitur in Cod. Theod. quibus equorum usus. leg. ult. Pastores Valeriae provinciae vel Piceni, & Frontinus de Coloniis: Aureliam vel Campaniam: pro Aureliam & Campaniam. numeros autem hoc loco Vopiscus, à limitaneis militibus distinguit, hoc est, legionarios milites à limitaneis vel ripensibus. numeri enim sunt legiones. legionarii milites, per provincias dispositi in castris, & sedibus, ut tunc vocabantur, debebant. limitanei vero, qui in ripa per cuneos auxiliaque constituti, limitem tuebantur. ut heic numeri à limitaneis militibus distinguuntur, sic in Codice Theodosio multis locis comitatenses numeri, & ripenses: & militia comita-

tenses, & ripenses: & alibi, comitatenses, & limitanei. nam limitanei & ripenses iidem. comitatenses enim tunc legiones dicebantur, & comitatenses numeri, quos heic simpliciter numeros vocat Vopiscus. Cod. Theod. de Tironibus leg. viii. completis quinque annorum stipendiis, qui comitatensibus numeris fuerit sociatus, patris quoque & matris, nec non & uxoris suae capitacionem meritis suffragantibus excusabit. ii vero qui in ripa per cuneos auxiliaque fuerint constituti, cum proprio capite uxorem suam tantum post quinque annos, ut dictum est, præstet immunem. ripenses intelligit, hoc est limitaneos. Comitatus legionum mentio in Notitia imperii; & erant sub dispositione magistrorum utriusque militiae. eod. Cod. de veteranis, leg. iv. Comitatus & ripenses milites atque protectores, suum caput patris & matris, & uxoris, si tamen eos superstites habeant, omnes excusent, si tamen census inditi habeantur. & leg. xvii. tit. de cohortalibus, comitatenses & limitanei. cum ante placuisset, ut à primipilaribus secundum dispositionem divi Gratiani species horreis eroganda comitatensibus militibus ex more deferrentur, limitaneis vero pretia darentur.

meris, vel limitaneis militibus quinquagenos & sexagenos interfereret, ¹ dicens sentiendum esse non videndum

& in Cod. Just. de officio praef. praet. Africa: leg. 11. pro limitaneis vero ordinandis necessarium nobis esse videtur, ut extra comitatenses milites, qui per castra sunt, milites limitanei constituentur, qui possint & castra & civitates limitis defendere. Comitatenfes igitur milites in castris erant, limitanei vero & ripenses in ripa per cuneos constituebantur. ad ripensem porro militiam non eadem in milite statuta exigebatur, nec idem corporis robur, quod in comitatensi vel legionaria. lex vj r r. Cod. Theod. de filiis militarium apparuit. Etenim hi, quibus vel corporis robur, vel statuta defuerit, qua comitatensi digni possint esse militia, ripensi poterunt copulari. ita enim legendus ille locus in vulgari editionibus corruptissimus. numeri igitur hoc loco sunt comitatenses, limitanei vero milites, ripenses. de quibus ad Hyginum plura.

CASAUBONUS.

¹ Dicens sentiendum esse, non videndum cum auxiliaribus Barbaris Romanis iuvatur.] Veteri instituto res sacra fuit militia Romana: ad quam solis patuit aditus civibus, & quidem iis qui essent pleno jure cives. postea, ut mutant res cunctae hominum, & libertini, & servi etiam sunt admissi: tandem etiam Barbari: quam inter ammissi imperii causas unam & Zosimus & alii statuunt vere: ideo Probus quantum potuit dissimulare de decus hoc est conatus. sed post Constantinum pudor hic perierat. Marcellinus lib. xxxi. de legatis loquens arctorum gentium, qui ad Valentem venerant, petentes ut cis Istrum reciperentur daturi auxilia, quoties opus esset: negotium hoc, ait, letitia potius fuit quam timori: eruditus adulatoribus in majus fortunam principis extollentibus, quod ex ultimis terris tot tirocinia Thracenses nec opinanti offerrent: ut collatis in unum

suis & alienigenis viribus, invictum haberet exercitum, & pro militari supplemento quod provincia in annum pendebatur, thesauris accederet auri cumulus magnus. multa Synesius in oratione ad Arcadium de magnitudine & periculo hujus mali prudenter differit.

SALMASIUS.

¹ Dicens sentiendum esse non videndum, quum auxiliaribus barbaris Romanis iuvatur.] Quae ad hunc locum vit doctissimus, nihil ad rem, imo contra rem qua de heic agitur, quod ut facilius intelligatur, sciendum est Romanam temp. auxiliis sociorum, & alienigenarum gentium fere semper usam esse, etiam vetustissimam. Et primis quidem temporibus, priusquam Italia subacta esset, aut in provinciam saltem redacta, legiones ex civibus Romanis conscribebantur, auxilia vero ex Italicis sociis petebantur: & haec auxilia numerum legionum semper aut aequabant, aut certe superabant. post Italiam civitate donatam legiones tam ex Italicis quam ex Romanis, utriusque enim jam cives, conscribi coepta sunt: auxilia vero ex aliis gentibus petita partim foederatis, partim etiam mercede conductis. At postquam totus Romanus orbis civitate Romana donatus est, quod Antonini Pii lege factum, delectus passim habitus ex omnibus orbis Romani provinciis ad legiones scribendas de novo, aut veteres supplendas, auxilia vero ex barbaris sumpta, ut Germanis, Batavis, Mauris, Armeniis, Osroenis, Palmyrenis, Getis, Dacis, aliisque exteris gentibus, quae extra limites Romanos summovebantur, & imperii jugum nondum subierant. hinc miles provincialis apud Hyginum, pro legionario. legiones enim Romanae ex milite provinciali constabant nam provinciae omnes Romanae tirones ad

dum quum auxiliariis Barbaris Romanus iuvatur. Compositis igitur rebus in Gallia, tales ad senatum li- 15
teras dedit. *Ago diis immortalibus gratias P. C. quia vestra in me iudicia comprobarunt. Subacta est omnis qua tenditur late Germania: novem reges gentium diversarum ad meos pedes, imo ad vestros, supplices stratique iacuerunt. Omnes iam Barbari vobis arant, vobis iam serunt, & contra interiores gentes militant. Supplicationes igitur vestro more decernite. Nam & quadringenta millia hostium caesa sunt, & sedecim millia armatorum nobis oblata, & septuaginta urbes nobilissima captivitate hostium vindi-*

ad supplementa legionum praebeant: auxiliares vero milites barbari subministrabant. verba Hygini: *Omnia miles provincialis accipit pedaturam pedem adiecta quinta per totam latitudinem semistrigii: eques autem duo semis adiecta quinta. ita illum locum legimus. per militem autem provincialem, legionarium intellige. idem in eodem libro: legiones quoniam sunt militum provincialis fidelissimi, ad vallum tendere debent, ut opus valli inveniatur, & exercitum gentium suo numero corporali cetero teneant. & hic mos ante Probum semper in Romana militia tenuit, ut legiones ex provincialibus, hoc est civibus Romanis scriberentur, auxilia ex barbaris suppeditarentur. barbarae nationes inter auxilia tantum militabant, nec illis unquam ad legionariam militiam patuit aditus. Primus igitur Probus, ut heic habetur, cum diceret, sentiendum esse non videndum, quoties auxiliariis barbaris Romanus iuvatur, sedecim titonum millia ex barbaris accepta, per diversas Romani imperii provincias spargit, & legionibus immiscuit, militibusque limitaneis. quo facto & instituto utriusque militiae sacramenta confudit, legionariae & auxiliaris, quae ante id tempus erant distincta ac diversa, & illi fortasse confusioni fenestram aperuit quae post Constantinum invasit, qua passim & sine*

ullo discrimine barbaris ad Romanam militiam ingressus datus est, ipsique non ad militares tantum dignitates, sed etiam ad civiles admissi. qua de re graviter conquestus est Synesius in illa pulcherrima de regno ad Arcadium oratione. tanta autem erat illis temporibus, quod ad militiam attinet, confusio, ut non solum barbari legionariae militiae nomen darent passim, sed etiam vice versa Romani in auxiliis, quae barbarorum olim tantum fuerant, sacramento dicerent, quod in his minor esset labor, & majora maturioraque praemia. Vegetius lib. II. cap. III. est *& alia causa cur attenuatae sint legiones. magnus in illis labor est militandi, graviora arma, plura munia, severior disciplina. quod vitantes plerique in auxiliis festinant sacramenta percipere, ubi & minor sudor, & maturiora sunt praemia. tantum ergo abest ut Probus hac in parte Romanum dedecus dissimulare conatus sit accelerare, quae magni viri sententia est, ut primus illi dedecori ansam praeberit, dum auctor illius instituti fuit, quo passim exteris & barbaris nationibus, ad militiam Romanam aditus patefactus est. qua de re nos alibi pluribus ad Hygini Gromaticum.*

I Vobis iam serunt.] Vet. ed. vobis iam serunt. perperam.

vindicata, & omnes penitus Gallia liberata. Coronas quas mihi obtulerunt omnes Gallia civitates aureas, vestrae P. C. clementia dedicavi. Et has Jovi OPT. MAX. ceterisque diis deabusque immortalibus vestris manibus consecrate. Præda omnis recepta est, capta etiam alia & quidem major quam fuerat ante direpta. Arantur Gallicana rura Barbaris bobus, & iuga Germanica captiva præbent nostris colla cultoribus: pascuntur¹ ad nostram alimoniam gentium pecora diversarum: equinum pecus nostro jam sæcundatur equitatu: frumento barbarico plena sunt horrea.² Quid plura? illis sola relinquimus sola, nos eorum omnia possidemus. Volueramus P. C. Germanie novum præsidem facere, sed hoc ad pleniora vota distulimus. Quod quidem credimus conferre, quum divina providentia nostros uberius sæcundavit exercitus. Post hæc Illyricum petiit: & prius quàm veniret, Rhetias sic pacatas reliquit ut illic ne suspicionem quidem ullius terroris relinqueret. In Illyrico Sarmatas cæterasque gentes ita contudit, ut prope sine bello cuncta reciperet quæ illi diripuerant. Tetendit deinde per Thracias, atque omnes Geticos populos fama rerum terribis, & antiqui nominis potentia pressos, aut in ditionem aut in amicitiam recepit. His gestis Orientem petiit, atque in itinere potentissimo quodam latrone³ Palfurio capto & interfecto,⁴ omnem Isauriam libera-

vit:

GRUTERUS.

1 Ad nostram alimoniam.] Palat. nostrorum.

SALMASIUS.

2 Quid plura? illis sola relinquimus sola, nos eorum omnia possidemus.] Legabatur olim in membranis Palat. ut ex vestigiis lituræ colligere potuimus: illis sola relinquimus solo nos eorum nomina possidemus. atque etiam ferme verus editio exhibet Mediolani cusa. nam solo habet scriptum, non sola. forte scribendum: illis solum relinquimus, in solo eorum nos omnia possidemus. alias quid de illa vetere lectione fa-

ciam non video & optima est sententia ex emendatione nostra. nos, inquit, solum illis relinquimus, nec enim eripi potest, sed omnia quæ in solo eorum sunt, aut ex solo nascuntur, possidemus, ut pecora, armenta, frumentum, & cetera. divinent alii melius, & palmam auferant.

3 Palfurio capto.] Palat. Palfurio, editio prima: Palsucio. utrum verius in homine nomineque barbaro frustra id quæras.

CASAUBONUS.

4 Omnem Isauriam liberavit: populis atque urbibus Romano legibus restituit.] Sed

vit: populis atque urbibus Romanis legibus restitu-
tis. Barbarorum qui apud Isauros sunt, ¹ vel per terro-
rem vel per voluntatem, loca ingressus est: quæ quum
peragrasset, hoc dixit, *Facilius est ab istis locis latrones
arceri quam tolli.* Veteranis ² omnia illa quæ anguste
adeuntur loca privata donavit, addens ut eorum filii
ab anno octavodecimo ³ mares duntaxat ad militiam
mitterentur, ⁴ ne ante latrocinari quam militare disce-
rent. Pacatis denique omnibus Pamphyliaë partibus, ¹⁷
cæterarumque provinciarum quæ sunt Isauriæ vici-
næ, ad Orientem iter flexit. ⁵ Blemyas etiam subegit,
quorum captivos Romam transmisit, ⁶ qui mirabilem
sui

Sed non diu obtinuerunt Romani.
vide librum de XXX. tyrannis in Tre-
belliano.

SALMASIUS.

¹ Vel per terrorem vel per voluntatem
loca ingressus est.] Idem Pal. legit: vel
per urbanitatem. & sic etiam editio
princeps. per urbanitatem barbaro-
rum loca illa ingressum esse Probum
dicit, qui non invitis barbaris ea in-
gressus est, sed cum bona eorum
gratia. hoc est quod vulgo diceremus
in nostro idiomate: de gré & de cour-
toisie. nam hoc ipsum est, urbanitas.
sic supra urbane adjuvare, pro comiter
& benigne. ubi vide quæ notamus.
nam & ibi hunc locum tetigimus.

³ Mares duntaxat.] Οἱ ἀρρῶνες δη-
λαδῆ. mares scilicet. id significat hoc
loco istud verbi duntaxat. Glossæ:
duntaxat. μέρον, ἢ μέχρη τέτυ. δη-
λαδῆ.

⁴ Ne ante latrocinari quam militare
discerent.] Palatinus habet tantum:
ne latrocinare quam discerent. scribe meo
periculo: ne latrocinari condiscerent. ab
octavodecimo anno volebat eos ad
militiam mitti Probus, ne latroci-
nari condiscerent. vulgata lectio cor-
rectorum est.

⁵ Blemyas etiam subegit.] In Palati-

no: Blemmeas. scribe Blemmyas. nam
ita Græci cum duobus μμ, Βλέμ-
μους. ita apud Zosimum scribitur,
& alios. nec desunt tamen qui &
Βλέμους scribant.

⁶ Qui mirabilem sui visum, stupente
P. R. præbuerunt.] Scribe: qui mira-
bilem sui visum stupenti pop. Rom. præ-
buerunt.

GRUTERUS.

⁴ Ne ante latrocinari quam militare
discerent.] Tantum habet Pal. ne latro-
cinare quam discerent, & ex illo quam
deinde factum nunquam.

CASAUBONUS.

² Omnia illa quæ anguste adeuntur lo-
ca.] Id est, omnes Isauriæ aditus an-
gustiores, & loca ubi fauces sunt
montium. Græci πύλας, posterior
ætas clusuras vel clusas dixit, etiam
Græci κλειστέρας.

⁶ Qui mirabilem sui visum stupente po-
pulo Ro. præbuerunt.] Non dicit auctor,
quid mirati sint Romani in Blem-
myis cum eos præsentem spectarent:
de iisdem fama solum notis, quid
crediderint, habes apud Plinium li-
bro quinto, capite octavo. tales nem-
pe vulgo fingebantur, sine capite, ore,
& oculis pectori affixis.

I Coptora

fui visum, stupente pop. Rom. præbuerunt. 7 Copton præterea & Ptolemaidem urbes, ereptas Barbarico servitio, Romano addidit juri. Ex quo tantum profecit ut Parthi legatos ad eum mitterent, confitentes timorem pacemque poscentes: quos ille superbius ac-

I Copton præterea.] Pal. Copte, ut & infra Copten.

CASAUBONUS.

I Copton præterea & Ptolemaidem urbes.] Copton urbem & nomum Coptiten in superiore Ægypto Ptolemaus recenset. Ammianus Thebaidi, quæ una fuit è quinque provinciis Ægypti, adtribuit. erat Thebais duplex, prima & secunda. Copton atque Ptolemaidem in secunda collocant Excerpta geographica bibliotheca regiæ, ex quibus didici urbem Copton postea Justinianopolim esse appellatam. verba apponam quæ ibi leguntur. ἐπαρχία Θεβαΐδ' & β. Πτολεμαΐς μετρώπολις, Κοντώ ἢ τοι Ιερμανύπολις. non dubitamus quin Conto secutus sui seculi usum appelleret Coptum. jam ante diximus multarum Ægypti urbium nomina sic extulisse recentiores, secus quam priores. sic Αντινά, Λακιά, & alia. De hoc autem bello sic Zosimus scribit: τ' κ' Θεβαΐδα Πτολεμαΐδ' ἀποστάσης βασιλείας, πόλεμον ἢ ἀσθενήσας ἐπὶ χρόνον βραχυῶ ἀσθενήσας, αὐτῶν τε καὶ τῶν συμμαχοῦντων αὐτῆ Βλεμμύας παρεστήσατο Περσῶν Δ' αὖ τὸ τότε σπάρτηγιστάντων. Ptolemaïdos folius meminit, non etiam Copti. præterea quid appellat πόλεμον ἀσθενήσας ἐπὶ χρόνον βραχυῶ; nam interpretis non placet sententia. Suspicor menda inquinatum esse locum: neque invito legam, πόλεμον ἀσθενήσας ἀσθενήσας. videntur enim Ptolemaenses cum à Romanis defecerunt, bellum contra finitimos Coptitas gessisse, eorumque urbem in potestatem suam redegisse: ut postea duplex Probo fuerit labor, recipien-

da Copti, & subjuganda Ptolemaidis: quod minus distincte & paullo aliter à Vopisco expositum est. sed impeditum me verba illa tenent, ἐπὶ χρόνον βραχυῶ: quæ esse inducenda affirmare non ausim.

SALMASIUS.

I Copton præterea & Ptolemaidem urbes.] Pal. Copte præterea, & Ptolemaide urbes ereptas barbarico servitio. scribe: Copto præterea, & Ptolemaide urbes ereptas, &c. Copto & Ptolemaide, pro Copton & Ptolemaidem. sic enim tunc temporis enuntiabant urbium nomina. nam in sexto casu ea proferebant, & indeclinabilia faciebant. sic supra in vita, nisi fallor, Gallieni: Ανχιάλω ταστασι. Idatius in factis consularibus: His Coss. castra facta in Sarmatia contra Acinco, & Bononia. sic Fronto ad Hadrianum: Duocortio Athena vestra. ita scribebantur, & in hoc ut plurimum casu ponebantur urbium nomina in vetustis itinerariis. ut constat ex itinerario Antonini, & antiqua Peutingerorum tabula. qua de re nos alibi. quod ad rem autem ipsam, quæ heic narratur, attinet, verba Zosimi quæ ad hunc locum emendare conatus est vir doctissimus, ita sunt emendanda: τ' κ' Θεβαΐδα Πτολεμαΐδ' ἀποστάσης βασιλείας, πόλεμον ἢ ἀσθενήσας ἐπὶ βραχυῶ χρόνον αὐτῶν τε καὶ τῶν συμμαχοῦντων αὐτῆ Βλεμμύας παρεστήσατο Περσῶν Δ' αὖ τὸ τότε σπάρτηγιστάντων. transposita verba hæc erant, & mendosa. pro ἐπὶ βραχυῶ χρόνον melius etiam fortasse legeris: ἐν βραχυῶ χρόνῳ. at vir magnus inducenda censebat, non recte.

I Ffr

ceptos, magis timentes domum remisit. ¹ Fertur etiam epistola illius, repudiatis donis quæ rex Parthorum miserat, ad Narseum talis fuisse: *Mirror te de omnibus quæ vestra futura sunt, tam pauca misisse. Habeto interim omnia illa quibus gaudes: quæ si nos habere cupiamus, scimus quemadmodum possidere debeamus.* His acceptis literis Narseus maxime territus, & eo præcipue quod Copton & Ptolemaidem comperit à Blemyis qui eas tenuerant vindicatas, cæfosque ad internecionem eos qui gentibus fuerant ante terrori. Facta igitur pace cum Persis, ¹⁸ ad Thracias rediit, & ² centum millia Bastarnarum in solo Rom. constituit, ³ qui omnes fidem servaverunt. Sed quum & ex aliis gentibus plerosque pariter translisset, id est, ⁴ ex Gepidis, ⁵ Gautunnis, & ⁶ Vandalis,

CASAUBONUS.

¹ Fertur etiam epistola illius ad Narseum talis fuisse.] Hic Narseus regulus Armenus fuit, iussus à rege Persarum, (nam ii sunt quos auctor Parthos nominat) hæc ad Rom. principem deferre munera. mentionem de hoc facit Aurelius Victor in Diocletiano.

² Centum millia Bastarnarum in solo Rom. constituit.] Zosimus: Βαστάρνας Σκυθικῶν ἔθνη ὑποπεπόντας αὐτῶν ἑσπέρῳ, κατὰ κίε Θρακίῳις χερσίν.

³ Qui omnes fidem servaverunt.] Hoc vult & Zosimus cum subjicit hæc verba superioribus: καὶ διετέλεσαν τοῖς Ῥωμαίων βιοτόθοντες νόμοις. propterea autem adeo studiose notatum Græcis & Latinis historicis fidem à Basternis servatam: quod cæteræ gentes Barbaræ quas vel hic imperator, vel alii, variis partibus Romani orbis collocarant, pro hostibus mox se gesserunt, & bellis intestinis temp. Rom. dilacerarunt. Eunapius elegantissime, in iis quæ publicavit Hæschelius: οἱ γὰρ παλαιοὶ μῦθοι λέγουσι περὶ τῶν Βοιωτῶν καὶ τῶν Κολχίδων δρακοντίων ὀδόντων καὶ βασιλευσάντων.

ρέντων, ἐν ὅποιοις ἀμὰ τῶ ἀπόρα τὸς ἀνδρας ἀναπαύεσθ. ὁ ἡ καὶ ἡμῶς χρόνῳ τὸ μῦθον τῆτον εἰς φῶς καὶ ἐργον σαυήρασε, καὶ ὀφθῆναι κατὰ κίε σεν. ἔ γδ ἔφθασαν τὸ Σκυθικῶν ἔθνος εἰς τὴν ἐπικράτειαν τῶ Ῥωμαϊκῶν οἱ παῖδες, ὡσπερ ὀδόντες ἀναπαύεσθ, καὶ πᾶντα τὰ μετὰ θυμῶ, καὶ μενονίας, καὶ φόρον.

SALMASIUS.

² Centum millia Bastarnarum.] Pal. Basternarum. Græci semper hunc populum nominant Βαστάρνας, sed Latini Basternas. atque ita in multis libris manu exaratis scriptum legere memini. sic Alemannos sæpe Latini scribunt, qui semper Græcis Ἀλαμάνοι.

GRUTERUS.

⁴ Ex Gepidis, Gautunnis, & Vandalis.] Pal. ex Gipedis, Granthungis & Blandis.

CASAUBONUS.

⁴ Ex Gepidis, Gautunnis & Vandalis.] Hæc nomina in membranis putidissime erant corrupta. Gautunni vel sunt qui Trutungi, vel qui Virtingui in Claudio nominabantur. Ego putem Juthan-

dalis, illi omnes fidem fregerunt, & occupato bellis tyrannicis Probo, per totum pene orbem pedibus & navigando vagati sunt, nec parum molestiæ Rom. gloriæ intulerunt. quos quidem ille diversis vicibus, variisque victoriis oppressit, paucis cum gloria domum redeuntibus, quod Probi evasisent manus. Hæc Probus cum Barbaris gessit. Sed habuit etiam non leves tyrannicos motus. Nam & SATURNINUM, qui Orientis

tis

Juthungos intelligi, de quibus oppido suavem historiam narrat Dexippus in rebus Aureliani, ubi etiam de Vandalis loquitur, gente alioquin fatis nota.

SALMASIUS.

4 Ex Gepidis.] Idem liber: ex Gipedis. Gypedes & Gipedes libri ferme semper eos scribunt, non Gepidas. poëta Latini duas priores syllabas corripunt. Corippus: — Gypedæque feroces. at Græci Γήπειδος eos vocant. ita enim solent barbarica nomina, & fera, ad Græcum sonum, formationemque Græcæ propiorem inflectere. hinc Γήπειδος eorum Grammatici ἐτυμολογῶσι quasi Γετῶν πειδῶς: quidam quasi γῆς πειδῶς. sic Erulos, Ἐλέρως appellant, & δὲ τῶν ἐλῶν, hoc est paludibus in quibus habitant hoc nomen deducunt. Etymologicum magnum: Ἐλέρωσι δὲ τῶν ἐλῶν. δὲ τῶν ἐλῶν ἐλῶν Ἐλέρωσι κέκλυται. Δέξιππος ἐν δωδεκάτῳ κρηνηκῶν. κὴ γράφει Δίψι ἔψι. τὸ δὲ δίζων Δίψι διφθόγγισ. Ἐλέρωσι ibi omnino sunt Eruli. & ita, nisi fallit me memoria, vocat etiam eos Zosimus.

5 Gantunnis.] Palat. Grauthungis. atque ita omnino legendum. Grauthungi & Grothungi, & Gruthungi vocantur passim apud auctores isti populi. Ammiano Gruthungi. lib. xxvii. Gruthungos bellicosam gentem. perperam apud Zosimum Περθύγγοι. nam scribendum: Γερθύγγοι, atque ita etiam a-

pud Claudianum scribimus:

Ausi Danubium quondam transire

Grothungi

In lintres fregere nemus. —

male hodie legitur, Gothanni. Idatio Episcopo in factis consularibus Grothungi nominantur: His Coss. vixit atque expugnati, & in Romaniam captivi adducti gens Grothingerum à nostris. male apud Trebellium in vita Claudii Trutungi pro Grutungi. nam iidem sunt. Trutungi tamen etiam dicuntur apud Æthicum in vetustissimo exemplari quod penes me est: Varri, Langiones, Langobardi, Trutungi. perperam vero hos Gruthungos viri doctissimi cum Juthungis confundunt. Juthungorum meminit Ammianus lib. xvii. & Alemannorum eos esse partem scribit. Dexippus Ἰσθῆζης Σκίβως appellat. hi sunt qui Vithingi dicuntur apud Trebellium, eosque à Trutungis, quos cum Gruthungis eosdem esse ostendimus, separat. Vithingi etiam dicuntur Sidonio Apollinari.

6 Vandalis.] Vetus editio cum Pal. habet, Blandulis. nimirum scribendum: Bandulis, aut Vandulis. ita enim sæpe in libris veteribus vocantur, qui vulgo Vandali. Græci quoque nunquam Βανδάλως, sed Βανδύλας scribunt. in veteri Peutingerorum tabula, Vanduli nominantur. Armatansi, Marcomanni, Vanduli. atque ita etiam in nostro Æthico manuscripto: Armatansi, Marcomanni, Hynti, Quadi, Sarmata, Vasterna, Carpi, Vanduli, Cuppei, Langiones.

I Omnes-

tis imperium arripuerat, variis præliorum generibus & nota virtute superavit. Quo victo, tanta in Oriente quies fuit, ut (quemadmodum vulgo loquebantur) mures rebelles nullus audiret. Deinde quum PROCULUS & BONOSUS apud Agrippinam in Gallia imperium arripuissent: ¹ omnesque sibi Britannias, Hispanias, & braccatæ Galliæ provincias vindicarent, Barbaris semet jvantibus, vicit. Ac ne requiras plura vel de Saturnino, vel de Proculo, vel de Bonoso, suo eosdem inferam libro, pauca de iisdem, ut decet, imo ut poscit necessitas, loquuturus. Unum sane sciendum est, quod Germani omnes, quum ad auxilium essent rogati à Proculo, ² Probo potius perservire maluerunt quam cum Bonoso & Proculo esse. ³ Gallis omnibus ⁴ & Hispanis ac Britannis hinc permisit ut vites haberent vinumque conficerent. ⁵ Ipse Almam montem in Illyrico

¹ Omnesque sibi Britannias.] Omnesque sibi jam Britannias, Hispanias. ita Pal. nec secus ed. vet.

² Probo potius perservire maluerunt.] Pro istis omnibus habet tantum Pal. perservire maluerunt. scribe: quum ad auxilium essent rogati à Proculo, Probo servire maluerunt, quam cum Bonoso & Proculo esse. vulgata lectio correctior est. illud perservire Latinum non est. nec illud item rectum: potius maluerunt.

GRUTERVS.

¹ Omnesque sibi jam Britannias.] Ad didi jam è Palatino.

⁴ Et Hispanis ac Britannis.] Pal. & Hispanis & Britannis.

CASAUBONUS.

³ Gallis omnibus & Hispanis ac Britannis hinc permisit ut vites haberent, &c.] Hinc, id est, post ista, & ut loquitur Aurelius Victor in hujus rei narratione, postea sane quam Barbarorum attritione gentes sunt. aut scribe hic. ut fere in manu exaratis. Vites instituendi aut

colendi quantum quis vellet, neque in Italia, neque in provinciis jus fuit. coërcebatur enim ejus rei libertas lege Domitiani quam refert Suetonius cap. vii. meminerunt & Græci scriptores ejus legis, ut ibi notabamus. Britanni quare hoc loco nominentur à Vopisco non video. nam eorum terram ad vineta non esse aptam omnes sciunt: neque alia olim atque nunc est vel soli vel cæli fuit conditio. itaque cæteri historici qui legem hanc Probi commemorant, non Britannos in hoc albo sed Pannonios ponunt. neque aliter hic censeam legendam, nisi est auctoris ex incogitantia peccatum: quod non existimo. Aurelius Victor: eodem modo hic Galliam Pannoniasque & Mæsurum colles vinctis replevit. sic & alter Victor & Eutropius.

⁵ Ipse Almam montem in Illyrico circa Sirmium militari manu fossam, lecta vite conseruit.] Victor vulgaris: Opere militari Almam montem apud Sirmium, & Aureum apud Mæsam superiorem vineis conseruit. eadem & Eutropius.

I. I. I.

rico circa Sirmium militari manu fossum, ¹lecta vite
¹⁹confevit. Dedit Rom. etiam voluptates, & quidem
 insignes: delatis etiam congiariis. Triumphavit de
 Germanis & Blemyis: ²omnium gentium drungos us-
 que ad quinquagenos homines ante triumphum duxit.
³Venationem in Circo amplissimam dedit, ita ut po-
 pulus

SALMASIUS.

¹ Lecta vite confevit.] Idem liber:
 conferuit.

CASAUBONUS.

² Omnium gentium drungos usque ad
 quinquagenos homines ante triumphum du-
 xit.] Quem vocat Pollio in triumphis
 Gallieni gregem & globum, Vopif-
 cus hic voce Barbara drungum. sed
 ibi triumphatorum populorum sin-
 guli globi erant ducenorum homi-
 num; hic tantum L. in Tacticis Græ-
 corum libris omnis adunatio mili-
 tum appellatur *δρῦγγος* sive plu-
 rium, sive etiam paucissimorum: nam
 & tres aut quatuor drungum faciunt.
 inde est *δρῦγγιστὶ τὰ τῆς οὐδαι*, quod
 Mauricius imperator lib. iv. opponit
 τῇ μακρῇ τὰ τῆς, & continua atque in
 longum porrectæ aciei: cum per glo-
 bos ternorum aut quaternorum mi-
 litum divisa est acies, sive agmen pot-
 tius: nam τὰ κατ' αὐθείας πορρῆσθαι
 opponit Mauricius τὸ κατ' *δρῦγγες*,
 τὰ τῆς τῆς ἢ τῆς αὐθαι ψιλῶς ἀνογ-
 λισαί, ἐπιφροσῶδες καὶ τὰ σκελετα
 αὐτῶν.

³ Venationem in Circo amplissimam
 dedit.] Pancarpum & direptionis ve-
 nationem, de quibus ad Gallienos.
 Vocarunt & sylvam hoc spectaculum.
 in quinto Athenæi, arbores ad pom-
 pam transvehuntur.

SALMASIUS.

² Omnium gentium drungos usque ad
 quinquagenos homines.] Vocem drungus
 quod putant esse barbaram, non est.
 origine enim Græca est, sed barba-
 refacta à Græcis recentioribus. *ρῦν-*

γγος est rostrum. hoc vulgares Græci
 jam olim dixerunt *δρῦγγος*. sic *λεγγος*,
λεγγος vel *λόγγος* dicebant. Epipha-
 nius: *δρῦγγος* *μοκλήρ*, ἕξεν *ρῦν-*
γγος *καλείται*. pro *ρῦνγγος* igitur
ρῦγγος & *δρῦγγος* dicebant. mili-
 tum multitudinem cuneatim rostra-
 timque pugnantium, fronte scilicet
 in angustum desinente, videntur
δρῦγγος, id est *ρῦνγγος* vel rostrum
 appellasse: nam & capita porcina hu-
 jusmodi cuneos vocabant. de quo
 videndus Vegetius & Ammianus.
 non ignoro tamen apud eundem Ve-
 getium drungum sive globum, à *cuneo*
 sive porcino capite separari. qui autem
 heic drungi vocantur, in superiori-
 bus dicuntur globi. & sane Vegetius
 ubique drungos globos interpretatur.
 lib. iii. cap. xix. aut à vagantibus glo-
 bis quos vocant drungos. & ita alibi. pro-
 prium vero & consuetum barbaris
κατ' οὐθαι pugnare, hoc est per
 globos & drungos. hinc drungos bar-
 barorum passim auctores dicunt.

³ Venationem in circo amplissimam de-
 dit, ita ut populus cuncta diriperet.] De
 venatione direptionis, sive sylvæ, de-
 que pancarpo diximus supra ad Gor-
 diani vitam, ubi viros doctos errare
 docuimus, qui sylvam & pancar-
 pum confundunt. errant etiam illi
 qui putant à Gordiano primo exhi-
 bitum hoc genus ludicræ venationis,
 quo à populo omnia diripiebantur.
 jam ante Gordianum Alagabalus in
 consulatu hoc genus dederat. hunc
 refert Lampridius, quum consulatum
 inisset, misisse in populum non nummos vel
 argenteos vel aureos, vel bellaria est mi-
 nuta animalia, sed boves opimos & ca-
 melos

melos & asinos, & cervos populo diripiendos objecisse, imperatorium id esse dicitur. videtur auctor innuere, cum antea consules in populum mitterent nummos aureos, argenteos, zreos, bellaria, minuta animalia & cetera id genus missilia, primum Halagabalum in consulatu suo boves opimos, cervos, camelos, asinos, & cetera herbatica animalia populo objecisse diripienda. atqui jam olim id Neronem fecisse ludis suis tradit Suetonius lib. vi. verba ejus hæc sunt: *Sparsa & populo missilia omnium rerum per omnes dies singula quotidie milia. acium cuiusque generis multiplex penus, tessera frumentaria, vestis, aurum, argentum, gemme, margarita, tabula picta, mancipia, jumenta, atque etiam mansuetæ feræ, novissime naves, insula, agri.* En mancipia, en jumenta, en mansuetæ feræ in populum missæ! non igitur primus Alagabalus hoc genus missilium in populum dedit. Hæc tamen differentia inter missilia Neronis & Alagabali, quod Alagabalus res ipsas diripiendas populo objiciebat, & inde videtur venatio direptionis, quam & sequentes, qua privati consules, qua imperatores, in editione ludorum suorum usurparunt, initium & originem sumpsisse. at in Neronis missilibus tessera tantum spargebantur, non res ipsæ, hoc est animalia ipsa diripienda dabantur. spectandæ quidem feræ populo exhibebantur. mox tessera jaciebantur in populum earum ferarum nominibus inscriptæ, quæ in spectaculo exhibitæ fuerant. à popularibus rapiebantur illæ tessera, quas poterat quisque, & quomocumque poterat. deinde singulis dabatur in manum, quod tessera cuique rapta adsignabat, sive illud animal esset, sive mancipium, sive vestis, sive aliud quid. *Martialis:*

Nunc veniunt subitis lasciva numismata nimis:

Nunc dat spectatas tessera larga feras.

idem alio loco:
Tom. II.

— absens.

Sortitur dominos nec laceratur avis.

Dio sive potius Xiphilinus de Nerone: *πάντα μὲν γὰρ τὰ πολυελέστα αἰ οἱ ἄνθρωποι ἐδίδοσι, καὶ τὰ ἄλλα τὰ πριωτάτα, ἵππους, ἀνδροπόδας, ζεύγη, χρυσίον, ὄργυρον, ἐδίδοσαν ποικίλλω, ἐδίδοσαν δὲ συμβόλων σφαιρίων γὰρ μικρὰ γυρομυθία ὡς ἕκαστε αὐτῶν ἔχοντα εἰς τὸ ὄμιλον ἐρίπτει, καὶ ἐδίδοσαν ὅ, πῃς δὲ ἐκείνων ἤπασαν.* At Lampridius narrat Alagabalum, boves, camelos, asinos, & cervos populo diripiendos objecisse. nulla igitur in re differentia, sed in modo. Nero alique ante Alagabalum principes per tesseras illa omnia dabant populo, quæ narrat Suetonius cum Dione & Martiali. at Alagabalus boves ipsos & asinos & mulos, & cervos, cæteraque id genus animalia populo objiciebat diripienda. quod & ipsum tamen ante Alagabalum videtur usitatum, ut ex his Martialis constat:

Nunc implere sinus securus gaudet, & absens

Sortitur dominos, nec laceratur avis.

quod enim per tesseras dabatur, illud & integrum domino tessera, id est ei qui tesseram rapuerat, conservabatur. cum vero ipsa animalia diripienda objiciebantur, multa ex his in ipsa direptione à popularibus lacerari discerpique consuevit verisimile est, dum quisque rapere satagit, quod optimum opimumque putat. Inde igitur manavit hæc venatio direptionis, cuius heic mentio: quam & *συστάμ* vocarunt, ab ea causa quam narrat hoc loco Vopiscus. Sciendum autem est sub novis imperatoribus, hoc est à Constantini magni temporibus usque ad Justinianum, & alios sequentes, nulla alia in usu ac more fuisse missilia aut sparsiones consulares, quam aureorum, argenteorum, & zreorum numismatum. nullus enim tunc direptionis usus, nulla mentio venationis istiusmodi ludicræ, quæ populo diripiendas mansuetas

pulus cuncta diriperet. Genus autem spectaculi fuit tale. Arbores validæ per milites radicitus vulsæ connexis late longeque trabibus affixæ sunt, terra deinde superjecta, totusque Circus ad sylvæ confitus speciem, ¹ gratia novi viroris effronduit. ² Immissi deinde per omnes aditus struthiones mille, mille cervi, mille apri, mille damæ, ibices, oves feræ, ³ & cætera herbatica animalia, quanta vel ali potuerunt vel inveniri. Immissi deinde populares, rapuit quisque quod voluit. ⁴ Addidit alia die in Amphitheatro una missione centum jubatos leones, qui rugitibus suis tonitrua excitabant: ⁵ qui omnes contificiis interempti sunt, ⁶ non magnum

præ-

sueras feras & herbatica animalia præbebat. Nam qui scribunt *πρὶς ἡγορῶν* cuius meminit Novella cv. idem fuisse cum hac venatione direptionis, & sylva, misere falluntur. quos & fatis multis supra confutavimus. itaque verbum non addam jam ad hanc rem unum, quo confirmator esse possit, ac certior.

¹ Gratia novi viroris effronduit.] Vetus editio: gratiam nobis viroris obtulit. legendum esset: gratiam novi viroris obtulit. sed nihil mutem.

² Immissi deinde.] Missi deinde, Pal. illud rectius.

³ Et cetera herbatica animalia.] Ab herba, herbaticus: ut à pompa, pompaticus: à scena, scenaticus Varroni apud Nonium: à lymphalymphaticus, & similia. Herbatica etiam animalia vocat Solinus quæ Græcis *πνηφάγα*. in errore igitur illi qui erratica heic animalia pro herbaticis reponebant.

CASAUBONUS.

³ Et cetera herbatica animalia, q.] In animalium genere quod auctore Varrone pecoris appellatione Latini complectuntur; Græcis *βοτὰ* dicuntur; sunt & *ἡγοροφάγα*, & *πνηφάγα*, & *ῥιζοφάγα*, ut docet Aristoteles. Vopiscus herbatica appellat quæ philosophus *πνηφάγα*. errat nimis

eorum sententia, qui erratica animalia scribendum hoc loco censuerant.

⁴ Addidit alia die in amphith.] Lege ex scriptis manu Edidit a.

⁵ Qui omnes contificiis interempti sunt.]

Arenæ vox contificium, sive contifigium. Lampridius in Commodò: virinus ad conficiendas feras tantarum fuit, ut elephantum conto transfigeret. Alibi docemus pugnatum in arena cum feris multifariam, venabulis, excipiis, cultis venatoriis, pilis, contis, hastis, cupidibus, sybinis, sagittis.

GRUTERUS.

³ Et cetera herbatica animalia.] Sic etiam bene Pal.

⁴ Edidit alia die.] Non Addidit, ut editi.

⁵ Qui omnes contificiis interempti sunt.] Palat. qui omnes posticis interempti sunt.

SALMASIUS.

⁵ Qui omnes contificiis interempti sunt.] Ajunt arenæ vocem esse contificium, an contifigium? dubitatur enim inter doctos utrum sit verius. ego non ambigo quin utrumque sit falsum. nobis imponebat ille qui in notis suis ad Amphitheatrum Martialis, ex Glossis veteribus citavit: contifices, *ᾠροφάδοι*. nihil est ferme Glossarum veterum, sive illæ editæ sint, sive nondum editæ, quod ego

ego non viderim. nusquam in illis
 isti mihi reperti *contifices*, & sane nul-
 quam possunt extare eo sensu quem
 sibi fingunt. volunt enim *contifices*
 esse qui contis feras occidunt. at *con-*
tifex si diceretur, non alius esse pos-
 set, quam qui contos facit, & *καρ-*
τωϊος, ridicula itaque hæc lectio in
 hac significatione. ut falsam etiam
 putem facit optimus Palatinus liber
 in quo expressis litteris scriptum legi-
 tur, *qui omnes posticis interempti sunt.*
 Quærendum eoque locum habuerit
 in amphitheatro istæ posticæ. habuisse
 vero aliquem testis erit Am-
 mianus Marcellinus his verbis ex
 lib. xxviii. *accepta igitur nocendi ma-*
teria Maximinus effudit geminam fero-
ciam, pectori crudo affixam: ut sæpe sa-
ctissimi amphitheatrales feræ, diffractis tan-
dem soluta posticis. nunc vestigandum
 quænam illæ posticæ amphitheatrales.
 postica notum quid sit, & posticum.
 Glossæ *Ποστῖκος καὶ τῶν οἰκῶν* in-
 terpretantur. Postica *Ποστῖκος κα-*
τῶν οἰκῶν. item: Posticum, *Ποστῖ-*
κος, καὶ Ποστῖκος. aliæ Glossæ:
Ποστῖκος, posticum. non tamen sem-
 per postica, portam quæ in averfa par-
 te aditum est, significat, quam Græci
ποστῖκος vocant, sed etiam quam-
 libet parvam portulam. sic in urbibus
 portulas, quæ juxta portas posita
 sunt, vulgo *quibeta* vocamus, Lati-
 ni *posticas* & *posternas* appellarunt:
 Græci *ποστῖκος*, & *ποστῖκος*, hoc
 est ad verbum, portulas quæ magnis
 portis adjacent. portulæ eo sensu Li-
 vio dicuntur. hinc *Ποστῖκος posticam*
 Glossæ exponunt. *posterna* etiam di-
 cebantur. Cassianus lib. v. cap. xi.
quantalibet urbs sublimitate murorum, &
clausurarum portarum firmitate muniatur,
posterna unius quamvis parvissima prodi-
tionem vastabitur. Sed *posticæ* in amphi-
 theatro quid sunt? sciendum subter-
 raneos multos cavos in amphithea-
 tro fuisse afferendis bestiis. ab illis
 cavis portulas quæ in arenam fere-
 bant, & è quibus in arenam feræ so-
 lebant emitti, *posticæ* vocat Ammia-
 nus, & heic Vopiscus. nihil clarius

illis Ammiani verbis: *amphitheatra-*
les feræ diffractis tandem soluta posticis.
 quin de illis posticis accipiendum sit
 hoc loco apud Vopiscum nullus du-
 bito. sed fortasse ita legendum: *qui*
omnes è posticis interempti sunt. valde au-
 tem notandum est ex his Vopisci ver-
 bis differentiam statui inter cavos il-
 los subterraneos amphitheatrales, è
 quibus per posticæ bestia in arenam
 inducebantur, & caveas in quibus
 feræ detinebantur: sic enim scribit:
qui omnes è posticis interempti sunt, non
magnum præbentes spectaculum cum occi-
debantur: neque enim erat bestiarum im-
petus qui esse è caveis egredientibus solet.
 dicit, atque id quidem aperte dicit,
 ideo non magnum nec gratum fuisse
 spectaculum eorum leonum qui è
 posticis occidendi in arenam immit-
 tebantur, quod non tanto impetu
 egrederentur ex illis cavis ac specu-
 bus subterraneis, ut ex caveis solent.
 non solum igitur cavæ feræ con-
 tinendis ac concludendis feris in am-
 phitheatro habebantur, sed etiam
 cavi speluncæque hypogææ ad hanc
 rem factæ. Et cavæ quidem ex re-
 gulis ferreis contextæ erant, & ad
 lucem expositæ in medio, ut par est,
 amphitheatro: cavi autem & specus
 illi subterranei tenebrosi plane erant,
 ut qui nulla vel minima luce irradia-
 rentur. non mirum est igitur si feræ
 in illis specubus detentæ, minore in-
 de cum impetu exirent exilirentque,
 quam quæ in caveis habebantur. te-
 nebris enim ac pædore domitæ, lan-
 guidiores, & quasi mansuetiores ef-
 ficiebantur. nihil est autem quod
 æquæ faciat domandis feris, ac
 tenebræ. at è caveis exeuntium
 major vis & impetus erat, nam
 & major feritas erat. luce enim ipsa
 efferabantur, & bestiarii ipsius for-
 tasse conspectu adversus quem emit-
 tebantur: fortasse etiam priusquam
 inde exirent, irritabantur, ut ma-
 jore cum ferocia & impetu exilirent.
 quod haud facile fieri poterat in cavis
 & hypogæis illis. Hæc de posticis
 hoc loco habuimus quæ diceremus.

præbentes spectaculum quum occidebantur. ¹ Neque enim erat ² bestiarum impetus ille ³ qui esse è caveis

qui aliud habeat quod dicat, id nos doceat, & gratiam inibit.

6 Non magnum præbentes spectaculum, quum occidebantur.] Palat. quo occidebantur. quod non improbandum est.

CASAUBONUS.

1 Neque enim erat bestiarum impetus, qui esse ab eis egredientibus solet.] Regius ita exhibet, qui esse & ab eis egr. s. non magna mutatione opus ut veram lectionem restituas, qui esse è caveis egr. s. quomodo olim è conjectura emendabat Petrus Faber vir omni eruditione instructissimus.

GRUTERUS.

2 Bestiarum impetus qui esse ab eis egredientibus solet.] Pal. qui esse hæc ab eis egredientibus solent, ut omnino legendum sit, qui esse è caveis egr. uti conjecit Petrus Faber vir litteraturæ summæ.

SALMASIUS.

3 Qui esse ab eis egredientibus solet.] Recte emendatum est à doctis viris: qui esse è caveis egredientibus solet. Palatinus codex habebat: qui esse hæc ab eis, pro, qui esse è caveis. nam ita scribebant, caveam vel cabiam pro cavea. hinc diminutivum, cabiola & gabiola. unde nostrum geole pro carcere: & gabiolarius carceris custos, geolier. sic albiun pro alveo dicebant scribebant. que. hinc albiolum pro alveolum in veteri instrumento plenariæ securitatis quod in Bibliotheca Regia descriptum in cortice servatur: mortaria marmorea duo valente siliqua aurea una, Albiolo ligneo uno valente mummis aureos quadraginta. albiun, augium vulgo dicimus, ut cabiam, cagiam. caveæ autem illæ in quibus feræ detinebantur, ex ferreis repagulis sive regulis constabant versatilibus. Ammianus Marcellinus lib. XIX. Utque detentæ in caveis bestia, tetro pædore acerbius effe-

egre-
rata, evadendi spe repagulis versatilibus illiduntur. ideo autem versatilia fiebant cavearum repagula, ut vertendo bestias adsilientes excuterent. rotum etiam podium in circuitu repagulis hujuscemodi versatilibus erat munitum ad excutiendum, subita vertigine, ferarum imperum & adfultum. rutulos hæc repagula vocat Calpurnius. ita enim apud eum legendum est:

— nec non ubi finis arena
Proxima, marmoreo peragis spectacula
muro,
Sternitur adjunctis ebur, admirabile,
tirencio,
Et coit in rutulum tereti qui lubricus axe
Impositos subita vertigine falleret unguis
Excuteretque feras.

vulgo legitur:

Et coit in rutulum tereti qua lubricus axem.

rutulum, ut dixi, vocavit versatile repagulum. sic cardinem cavæ rutulum vel rutum vocatum esse ostendit optimus auctor Glossarum, qui ita scribit: rutulus, ερωφιδος γαλακταρας, ηδ δωρψηκλιον. vulgo rutilus legitur, mendose. rutulus autem pro rutulus: ut circulus pro circulus: & vitulus, pro vitulus in iisdem Glossis: vitulus marinus, Φάκην. scribitur hodie: biculus. sic catulum pro catulum. unde catlaster pro catulaster. ita enim scriptum legi in antiquis libris Vitruvii, transmarinos catlasteros formosos. rutilus igitur perperam scriptum in illis Glossis pro rutilus. nam p & r sæpe invicem mutantur. hinc pipita in iisdem Glossis pro pitita vel pituita. Quod autem auctor ille perverus Glossarii rutilum etiam interpretatus est δωρψηκλιον, hoc nobis ad veram lectionem divinandam prævit, quæ est rutilus. nam δωρψηκλιον significat regulam ligneam qua camulum mensuræ fragmentarii ruebant vel deruebant, & exaquabant. Latini veteres rutilum & rutillum

egredientibus solet. ¹ Occisi sunt præterea multi qui diri-

rutellum dixerunt. *δοψήκλιον* autem *δοψήκειν*, quod *deradere* & explanare significat. hinc *ψηκός*, *modius rasis* exponitur in Glossis, ubi perperam viri docti *ψηκός* legunt. nam *ψηκός* à *ψήκω* quod est *rado*. sic rutrum Nonius à *radendo* dictum esse scripsit. sic non solum *ψηκός*, sed & *ψηκός* modius dicebatur, cujus cumulus erat derutus. inde *δοψήκλιον* instrumentum quo cumulus deruebatur. *δομοκίλρον* Græci etiam vocant & *ρόζανον*, & *σκυτάλιον* & *σκυτάλιον*, & *δομοκλήριον*. at Græci recentiores *ρίγλιον*, hoc est *regulam*. unde *δομοκλήριον* apud Hesychium regula mensura cumulum deruere, & modio adæquare. *ρόζανον*, *σκυτάλιον*, *δομοκλήριον*, η̄ *δομοκλήριον* (i. τὸ μέτρον. vulgo *δομοκλήριον* perperam. Moschopulus: *σκυτάλιον* η̄ *δομοκλήριον* τὸ οἰ κρινοὶ *ρίγλιον* καλεῖται. Latini ut supra dictum est, rutrum & rutellum dixerunt. Lucillius:

Fruentarius hic modium secum atque rutellum
Adfert.

Ruter autem & rutrum dicebatur, ut *arater* & *aratrum*. à *ruer* diminutiva *rutulus*, & *rutellum*. hinc *rutulus* in Glossis pro *rutulus*. ut *fitulus* pro *fitulus*: & *fitones* pro *fitulones*. quod frequenter occurrit in veteribus libris. *rutulus* igitur est *δοψήκλιον*. & ita recte exponitur in veteri Glossario. ad similitudinem autem earum regularum quibus modii radebantur, repagula quoque versatilia, & cardines cavearum *rutulos* vel *rutulos* appellarunt. quod ex illis Glossis constat & Calpurnii loco, ut à nobis emendatus est.

GRUTERUS.

¹ Occisi sunt præterea multi qui diripere volebant, sagittis.] Pal. qui dirigere volebant.

SALMASIUS.

¹ Occisi sunt præterea multi, qui diripere volebant sagittis.] Qui? quinam illi fuerunt, qui sagittis occisi sunt, dum leones diripere volunt? an quisquam tanta audacia aut tantis viribus fuit, ut leonem diripere posset? an leones, tales bestia, ut à quovis facile diriperentur? præterea cur occisi sagittis qui diripere leones volebant? de venatione direptionis diximus paulo ante. sed illa nihil ad leones: & leonibus nihil cum illa. nam herbarica tantum animalia populo dari mos erat diripienda. male sit illis vervecibus qui hunc locum ita mutarunt, ut nunc habetur excusus, cum veteres membranæ sic eum scriptum habeant: *occisi sunt præterea multi qui diripere volebant, sagittis*. vetus etiam editio habet, *dirigere*. quod insulsi correctores mutarunt in *diripere*. de leonibus autem intelligi debere plusquam manifestum est, quorum multos sagittis occisos in illo spectaculo esse dicit, qui dirigere volebant. *Dirigere* heic absolute usurpatum est pro in medium procedere. dicit Vopiscus à Probo editos esse una missione centum leones, qui omnes è posticis interempti sunt: multos autem ex illis, qui dirigere volebant. hoc est qui prodire in medium amphitheatrum, & ex cavis suis exire volebant, sagittis occisos esse, in ipsis scilicet posticis, & aditibus speluncarum. nam qui in medium veniebant, à bestiariis occidebantur, non sagittis, sed pede collato, & illis telis quibus bestias à confectoribus confici moris est. qui vero dirigere volebant, in ipsis cavis suis interficiebantur sagittis. nam ad hoc tantum edebantur, ut occiderentur, occidendique spectarentur. de qua re nos alibi plura. *dirigere* igitur hoc loco absolute positum. sic apud Tertullianum multis locis sumitur, in Scorpiaco: nam & rursus ad apostolos *dirigit*: *Ecce ego mitto vos, &c. dirigere* etiam

diripere volebant, sagittis. ¹ Editi deinde centum leopardi Libyci, centum deinde Syriaci, ² centum leonæ, & urfi simul trecenti: quarum omnium ferarum magnum magis constat spectaculum fuisse quam gratum. Edita præterea gladiatorum paria trecenta, Blemis

etiam pro ambulare, & procedere, & recta ire. quo sensu hoc loco apud Vopitcum ponitur. sic etiam apud Apulejum: *in aspectum dirigere*, pro in aspectum venire. nec multo secus apud Mamilium lib. i.

In cuius caudam contenta dirigit arcu

Mixtus equo volucrum missurus jamque sagittam.

idem alio loco:

Cancer in adversum Capricorni dirigit astrum.

atque inde *directarii* dicti qui in alienas ædes dirigebant furandi gratia. Glossæ: *directarius*, ὁ εἰς τὰς ἀλλοτρίων ἐνεκεν τῆς κλέψου εἰσπράξιδου οἰκίας. quam interpretationem habet ab Ulpiano, qui lib. ix. de offic. proc. *directarios* ita exponebat, hoc est hos qui in aliena canacula se dirigunt, furandi animo. vide leg. vii. D. de extraord. crim. dicere etiam potuisset Jurisconsultus, qui in aliena canacula dirigunt. nam *dirigere* absolutum pro ire, & penetrare se. in iisdem Glossis *directarii* exponuntur εἰσπράξιδες, & εἰσπράξιδες & ὑπεπαινοῦνται *directarii*, εἰσπράξιδες, LIES DE OFFO PROCONSULIS. ita legendum ex manuscripto Puteani: hoc est, *libris de officio proconsulis*. Ulpianum intelligit qui plures libros scripserat de officio Proconsulis. & libro nono *directariorum* fecerat mentionem, ut constat ex dicta leg. vii. D. de extraord. crim. item libro octavo, ut liquet ex leg. i. D. de effractorib. & exp. *directarii* autem dicuntur non *directarii*, tam in illis Glossis quam in Pandectis Florentinis. sic *dirigere* pro *dirigere* in iisdem Glossis scriptum: *derigit*, ἀνδρωῶν, *derigere*, ἐξ ἀποστρέφειν, *derigenda*, ἐξ ἀ-

ποστρέφειν. sed de his alibi.

¹ Editi deinde centum leopardi Libyci, centum deinde Syriaci, centum leonæ.] Nescio quid heic turbat vet. liber: sic enim legit: editi deinde centum leopardi Libyci, centum deinde Syriaci, centum leonæ. fallor, aut legendum: editi deinde centum leopardi Libyci, centum deinde Syriaci, edita centum leonæ, & nesci si tantum trecenti. ex Syriaci edita, fecimus, Syriaci edita. nihil verius.

² Centum leonæ.] Palatinus: centum leonæ: prima editio: centum leonæ. hanc dubium tamen est, quin legi debeat, centum leonæ. nec est quod aliquis dicat leonum nomine quos in iisdem ludis ediderat Probus, leonæ etiam comprehensas. nam jubatos tantum ediderat. at leonæ juba carent. præterea separatim edi solebant leones & leonæ. hinc in vitis imperatorum Græcis Latinisque sæpe legere est, centum leones una missione editos, & centum leonæ. illud vero magnificentum magnanimumque in editione ludorum Probi, non solum quod centum leones dederit, sed quod centum jubatos. nec enim omnes jubati leones. tunc autem maxime generosi cum colla atque vestium juba. nam ut Plinius scribit, id etate contingit è leone conceptis, quos vero parati generare, semper insigni hoc carent. simili modo fœmina. idem narrat leonum quidem pugnam Romæ principem dedisse Q. Scavolam in curuli adilitate. at primum omnium L. Syllam, qui dictator postea fuit, centum jubatos leones dedisse in prætura. post eum Pompejum magnum in circo dc. ac in iis jubatos cccxv. Cæsarem dictatorem cccc. vide illum lib. viii. cap. xvi.

myis plerisque pugnantibus, qui per triumphum erant ducti, plerisque Germanis & Sarmatis, nonnullis etiam latronibus Hauris. Quibus peractis, bellum Persicum parans, quum per Illyricum iter faceret, à militibus suis per insidias interemptus est. Causæ occidendi ejus hæc fuere. Primum, quod nunquam militem otiosum esse perpeffus est. Siquidem multa opera militari manu perfecit; dicens *annonam gratuitam militem comedere non debere.* His addidit dictum ejus grave, Si unquam eveniat salutare, Reip. brevi milites necessarios non futuros. Quid ille conceperat animo qui hoc dicebat? nonne omnes barbaras nationes subjecerat pedibus? quia totum mundum fecerat jam Romanum: *Brevi (inquit) milites necessarios non habebimus.* Quid est aliud dicere? Romanus jam miles erit nullus, ubique regnabit, omnia possidebimus, *secura Resp. orbis*

CASAUBONUS.

1 His addidit dictum ejus grave, Si scribend. eis. sed totus locus perperam conceptus, ira reformandus: His addidit dictum eis grave, si unquam eveniat salutare Reip. BREVI MILITES NECESSARIOS NON FUTUROS. Aurelius Victor: *receptis omnibus, pacatisque dixisse proditur, Brevi milites frustra fore.*

3 Ubique regnabit.] Scribe, regnabimus, emendante Jacobo Lectio.

SALMASIUS.

1 His addidit dictum ejus grave.] Legebam: his adde dictum ejus grave. duas causas occidendi Probi adfert. primum, inquit, quod nunquam militem otiosum esse perpeffus est. his adde dictum ejus grave, quo dicebat scilicet, si unquam eveniat salutare reip. brevi milites non futuros necessarios. at Casaubonus legebat: His addidit dictum ejus grave. quod minime placet. quo referemus enim istud, his addidit? vera igitur nostra conjectura, his adde. sic infra loquutus est

autor: studiis incumberet, erudiretur artibus, navigaret. adde quod nullus occideretur in bello.

2 Quia totum mundum fecerat jam Romanum.] Totus mundus, loquutio vulgaris, & è medio perita, sic apud Salisberiensem ex Petronio: *totus mundus agit histrioniam.* talis & illa quam refert Donatus in Comicum: *nesciebam eum in mundo esse, pro nesciebam eum natum esse, aut in rerum esse natura.* Sic vulgo dicimus, *le ne sçavois pas qu'il fust au monde.* antiqui poëta Latini mundum pro cælo fere tantum usurpant. sed hæc nota non nemini sunt.

3 Ubique regnabit, omnia possidebimus.] Casaubonus ex conjectura Lectii emendabat, *ubique regnabimus.* ego malim legere, *possidebit, pro possidebimus,* atque ita totum locum constituere: *Romanus jam miles erit nullus: ubique regnabit, omnia possidebit secuta resp. orbis terrarum; non arma fabricabit, non annonam præbebit. vel etiam sic: Romanus jam miles erit nullus: ubique regnabit, omnia possidebit secuta respública: orbis terrarum non arma fabricabit, non annonam præbebit. quod verum est.*

orbis terrarum non arma fabricabit, non annonam præbebit: ¹boves habebuntur aratro, equus nascetur ad pacem, nulla erunt bella, nulla captivitas. ubique ²pax, ubique Rom. leges, ubique iudices nostri. Longius amore imperatoris optimi progredior quam pedestris sermo desiderat. Quare addam illud quod præcipue ³tanto viro fatalem properavit necessitatem. Nam quum Sirmium venisset, ac solum patrium effœcundari cuperet & dilatari, ad ficcandam quandam paludem multa simul millia militum posuit, ³ingentem

¹ *Vobis habebuntur aratra.*] Ineptissima lectio. edendum curavimus: *boves habebuntur aratro, equus nascetur ad pacem.* incidi nuper in conjecturam viri cujusdam docti, qui hoc loco legendum conjiciebat: *bobus habebuntur aratra.* non tam bene. rationem potest quilibet videre. at *boves habebuntur aratro*, ideo dixit, quod boves non ad aratrum tantum habebantur, sed ad plaustra ducenda quibus annona militaris vehebatur & species fiscales. boum enim multus usus in angariis & publico cursu. vide Cod. Theod. de cursu publico. at si milites nulli forent, non arma fabricarentur, annonam provinciales non darent: boves aratro tantum haberentur, & nulli rei servirent, nisi arandæ terræ. hoc dicit Vopiscus.

² *Tanto viro fatalem properavit necessitatem.*] Fatalis necessitas. sic supra in Tacito: *ne dies, hora, momentum, aliquid sibi vindicaret in me, ac fatali necessitate absumptus indidit Probo deperire.* sic Græci *μολογος ἀνάγκη*, & *μολογιδίον ἀνάγκη* dicunt. fatalis hora sic dicitur in antiquo epigrammate:

Properavit hora tristis fatalis mea.

³ *Ingentem parans fossam, qua dejectis in altum navibus, loca Sirmiensibus profutura siccaret.*] Mirum quid ista facere potuerint naves paludi ficcandæ, in altum sic dejectæ? pro molibus, inquit, objectæ, quæ restagnant. sed quis unquam legit naves in mare dejectas,

& pro molibus objectas? concedamus sic fieri solitum. nihil ad rem pertinere potest hæc navium in mare dejectio, moliumque objectio hoc loco. paludem ficcare volebat Probus. ingentem fossam ducendam ad hoc curaverat, ut aquam stagnantem omnem educeret. ad quam rem nunc, aut quem usum naves illæ in mare dejectæ? cum de hujus loci sinceritate dubitarem & in vera lectione repertiunda æstuarem, explicuit æstum meum Palatinus liber in quo ita scriptum reperi: *dejectis in salum navibus.* vide una litterula quid facit? *navibus* vera lectio pro *navibus*. & hæc emendatio auro contra cara non est. sic igitur torum locum hunc constituo: *ad ficcandam quandam paludem multa simul millia militum posuit, ingentem parans fossam, quæ dejectis in salum navibus, loca Sirmiensibus profutura siccaret.* in salum reposuimus pro in altum, ex Palatini codicis scriptura qui habebat, *in salum*. sensus facilis & expeditus. hoc enim vult: Probum ad ficcandam paludem multa millia militum posuisse, fossamque ingentem parasse quæ in mare exoneraret & egereret, quidquid aquæ restagnaret in illa palude. loquutione autem longe elegantissima id expressit Vopiscus: *fossam parans ingentem, quæ dejectis in salum navibus, paludem siccaret.* naves fossæ vocat extremam fossæ partem humiliorem, depressiorem, & in salum dejectam, qua exitum

tem parans fossam, ¹ qua, ² dejectis in altum navibus, loca Sirmiensibus profutura ficcaret. ³ permoti milites confu-

exitum in mare haberet aqua paludis restagnantis. sic nares canalis apud Vitruvium, pro extrema canalis parte, qua humor egeritur lib. VII. cap. IV. *si autem aliquis paries perpetuos habuerit humores, parium ab eo recedatur, & struatur alter tenuis distans ab eo quantum res patietur, & inter duos parietes canalis ducatur inferior quam libramentum conclaris fuerit, habens nares ad locum patentem. sequitur: item cum in altitudinem perstructus fuerit, relinquuntur spiramenta: si enim non per nares humor, & in imo & in summo habuerit exitus, non minus in nova structura se dissipabit. & paulo post: si autem locus non patietur structuram, canales fiant, & nares exeant ad locum patentem. sic igitur canalis apud Vitruvium nares habere dicitur, hoc est exitus quibus humor egeritur, ut heic fossa apud Vopiscum, quibus aqua educitur. nam fossam nares in mare dejectas sic habere dixit, ut Vitruvius canalem nares ad locum patentem. spiramenta etiam idem vocat, ut in loco superius allato videre est. Græci ἀναπνοῖς. hinc vetus auctor Glossarum elices, ἀναπνοῦ ὄχετῆς interpretatur. Elix, ἀναπνοῦ ὄχετῆς. Elices autem secundum Festum, sulci aquarii sunt, per quos aqua collecta educitur è livis. Servius in I. Georgicōn: apud antiquos hodieque in aliquibus provinciis elices appellantur sulci ampliores ad siccandos agros ducti. scribebant etiam helix pro elix. Glossa: hælix, ἀναπνοῦ ὄχετῆς. helix, ἀναπνοῦ ὄχετῆς. hac scriptura induciti sunt, qui primi Florentinarum Pandectarum textum publicarunt, ut putarent vocem esse Græcam. ita enim edendum curaverunt leg. I. D. de aqua, & aquæ plur. arc. sulcos tamen aquarios, qui ἐλικῆς appellantur, si quis faciat, aquæ pluriæ actione eum teneri ait. at mihi liquet in Pandectis illis scriptum extare: qui helices appellantur. sed hæc obiter. nares igitur aquariorum*

illorum fulcorum, quibus aqua è lyris educebatur, elices dicebantur ex sententia veterum Glossarum auctoris, qui elices, ἀναπνοῖς ὄχετῆς exposuit. alii sulcos ipsos ita vocarunt. haud dissimili genere loquendi animata tegula vocabantur, quæ in modum canaliculi factæ erant, & in imo & summo spiramenta habebant, hoc est foramina. Vitruvius cap. IV. lib. VII. deinde in super animata tegula ab imo ad summum parietem figantur. quarum interiores partes curiosius picentur, ut ab se respuant humorem. item in imo & in summo supra cameram habeant spiramenta. sed ne fallaris, hodie leges apud Vitruvium in vulgatis codicibus, non animata, sed hamata. quas scio quomodo interpretentur viri docti, quorum mihi neutiquam placet interpretamentum. testor autem me in antiquis duobus Palatinæ Bibliothecæ codicibus, omnibus literis scriptum reperisse, animata. ad eundem plane modum animatoria olla dicebatur quæ in summo spiramentum habebat, hoc est quæ pertusa erat. Glossa: χύτρα τετραπύλη, olla animatoria.

GRUTERUS.

- 1 Qua dejectis in altum navibus.] Pal. quam dejectis in saltum navibus.
- 3 Hoc permoti milites.] Sic Gall. scripti. at Pall. hac. utraque vox prius ab erat editionibus.

CASAU BONUS.

- 2 Dejectis in altum navibus, l.] Naves istæ videntur pro molibus objectæ aquæ restagnanti.
- 3 Permoti milites c.] Scripti, Hoc permoti milites c. Turris ferratæ in eadem historia meminerunt Aurelius Victor, Eutropius, alii.

SALMASIUS.

- 3 Permoti milites.] Casaubonus libros suos scriptos habuisse refert: hoc permoti-

confugientem eum in turrem ferratam, quam ipse speculæ causa ¹editissimam exædificaverat, interemerunt anno imperii sui quinto. Postea tamen ²ingens ei sepulcrum elatis aggeribus, omnes pariter milites fecerunt cum titulo hujusmodi inciso marmorì, HIC PROBUS IMPERATOR, ET VERE PROBUS SITUS EST, VICTOR OMNIUM GENTIUM BARBARARUM, VICTOR

22 ETIAM TYRANNORUM. ³Conferens ego cum aliis imperatoribus principem Probum, omnibus prope Romanis ducibus, ⁴qui fortes, qui clementes, qui prudentes, qui mirabiles extiterunt, intelligo hunc virum parem fuisse, aut, si non repugnat invidia furiosa, meliorem. Quinquennio enim imperii sui per totum orbem terrarum tot bella gessit, & quidem per se, ut mirabile fit quemadmodum omnibus occurrerit præliis. ⁵Multa manu sua fecit, ⁶duces præclarissimos instituit.

Nam

permoti milites. princeps editio, quam vidimus, habebat: ac permoti. at in Pal. legebatur: hac permoti. omnino legendum: hac re moti milites confugientem eum in turrem, &c.

¹ Editissimam exædificaverat.] Vet. ed. & latissimam. forte: elatissimam.

² Ingens ei sepulcrum elatis aggeribus fecerunt.] Accedebat honos ex sepulcro ingenti. sic supra de Aradione: & quia fortissimum ac pertinacissimum virum viderat, sepulcrum ingenti honoravit, quod adhuc extat tumulo usque ad ducentos pedes terra elato per milites. sic enim ibi legendum ex correctione nostra, quæ plane confirmatur hoc loco quem in manibus habemus, nam ut ibi sepulcrum ingens elato tumulo, ita heic, ingens sepulcrum elatis aggeribus. tumulus autem idem quod agger. Glossæ: tumuli, βρυχι, λόφαι, τῦμβοι, σῆμα Ἰῶς. ita legendus ille Glossarum locus. at Casaubonus in illo Vopisci loco lacum tumulum legebat, & accipiebat lacum agri modum sepulcro circumjacentem. ingenti sepulcro quod honori erat, opponitur, humile sepulcrum.

Trebellius in Victorinis: Extant denique sepultra circa Agrippinam brevi marmore septa, humilia.

⁴ Qui fortes, qui clementes.] In Palatino: qua fortes, qua clementes, qua prudentes, qua mirabiles extiterunt. quod rectum est. atque ita legendum.

GRUTERUS.

¹ Editissimam exædificaverat.] Pal. & latissimam. fuit fortassis, elatissimam.

³ Conferens ego cum aliis Imperatoribus, &c.] Pal. conferenti mihi cum aliis.

CASAUONUS.

⁶ Duces præclarissimos instituit.] Aurelius Victor de Diocletiani Cæsariibus loquens: Horum concordia maxime edocuit virtuti ingenium, usumque bono militiæ, quanta his Aureliani Probique institutio fuit, prænesat esse.

SALMASIUS.

⁵ Multa manu sua fecit.] Id est, multa fortia facta edidit in præliis. sic plurimum manu facere, accipitur apud Lampridium in vita Alexandri Severi:

Nam ex ejus disciplina Carus, Diocletianus, Constantius, ¹ Asclepiodorus, Annibalianus, Leonides, Cecropius, Pisonianus, Herennianus, Gaudiosus, Ursinianus, ² Herculus, Maximianus & cæteri, quos patres nostri mirati sunt, & de quibus nonnulli boni ³ principes extiterunt, instituti sunt. Conferat nunc, cui placet, viginti Trajani Adrianique annos, conferat prope totidem Antoninorum. Nam quid de Augusto loquar? ⁴ cujus imperii anni vix possunt credi. Malos autem principes taceo: ipsa vox Probi clarissima indicat quid se facere potuisse speraret qui dixit, *Brevi necessarios milites non futuros*. Ille vero conscius sui, non Barbaros timuit, non tyrannos. Quæ deinde felicitas emicisset, si sub illo principe milites non fuissent? ⁵ Annonam

ti: quum ipse Alexander cornua adiret, milites admoneret, sub ictu teli versaretur, manu plurimum faceret, singulos quosque milites ad laudem verbis adduceret. & Capitolinus in Maximiano pari modo scribit eum, multa manu & corpore ostendit solitum. manu igitur multum facere dicebatur is in bello qui inter primos pugnabat, & fortiter faciebat. *χερσπορ* & *μαχη* alicubi vocat Herodianus eum qui multa manu fecerat in prælio.

CASAUBONUS.

¹ *Asclepiodorus*.] Scrib. *Asclepiodorus*. nam ita Aurelius Victor & Eutropius. etiam Græci *Ἀσκληπιόδωρος*. is est qui sub Diocletiano & Maximiano præfecturam prætor. administrans Allectum vicit.

⁵ *Annonam provincialibus daret nullus*.] Reg. *provincialis*. quod rectum est. paullo ante: *orbis terrarum non arma fabricabit; non annonam præbebit*. tamen quin possit ferri & altera lectio, non eo inficias. & favent lectioni vulgare sequentia verba: *æternos thesuros haberet Romana Resp.* sed regio assentiuntur codices Puteani.

GRUTERUS.

- ¹ *Asclepiodorus*.] Sic quoque Palatinus non ut editi *Asclepiodorus*.
- ² *Herculus, Maximianus*.] Duo isthæc nomina non comparent in Palatinis à manu recentissima.
- ³ *Principes extiterunt, instituti sunt*.] Illa, *instituti sunt*, absunt Palatinis, neque admodum requiruntur.
- ⁴ *Cujus imperii anni vix possunt credi*.] Pal. *potest atviri*.
- ⁵ *Annonam provincialis daret nullus*.] Sic etiam noster Palatinus ut & alii scripti, vulgati enim *provincialibus*.

SALMASIUS.

- ⁴ *Cujus imperii anni vix possunt credi*.] Longe diversa lectio in Palatino mihi reperta: sic enim habet ille, *cujus imperii anni vi potest statviri*. an scribendum? de *cujus imperii annis vix potest statui*. viderint acutiores an recte conjecerim. nam ipse de hac conjectura, an vera sit, non apud me statui.
- ⁵ *Annonam provincialis daret nullus*.] Ita Palatinus. atque ita jam pridem ex suis libris legendum viderat Casaubonus. vulgo habebatur: *annonam provincialibus daret nullus*. ineptissime.

I Sti-

nonam provincialis daret nullus, ¹ stipendia de largitionibus nulla erogarentur, æternos thesauros haberet Romana Resp. nihil expenderetur à principe, nihil à possessore redderetur: aureum profecto seculum promittebat. Nulla futura erant castra, nusquam lituus audiendus, arma non erant fabricanda: populus iste militantium, ² qui nunc bellis civilibus Remp. vexat, araret, studiis incumberet, erudiretur artibus, navigaret. adde quod nullus occideretur in bello. Dii boni quid tantum vos offendit Rom. Resp. cui talem principem sustulistis? Eant nunc qui ad civilia bella milites parant,

¹ Stipendia de largitionibus nulla erogarentur.] De largitionibus, id est de arario. sacra largitiones dicebantur de sacro arario, & sacra remunerationes, & sacra erogationes. nam hæc tria vocabula synonyma sunt. dux autem erant largitiones, sacra & privata: hoc est duo araria, sacrum vel publicum, & privatum. qui sacri olim ararii præfectus sub prioribus imperatoribus, is sub posterioribus comes sacrarum largitionum vocatus est. & qui privati ararii præfectus, idem & rei privatae procurator, & postea privatarum largitionum comes, vel rei privatae dictus est. is sub se habebat omnes rei privatae rationales qui in singulis provinciis fiscum principis procurabant. at Spartianus in vita Severi scribit procuracionem rei privatae sub eo principe primum fuisse institutam. in quo falsum eum esse docuimus. nam procurator rei privatae, & privati ararii præfectus idem tunc erant: ut postea comes rei privatae, & privati ararii præfectus, & privatarum largitionum magister, idem omnino fuerit. atqui longe ante Severum privatum ararium erat & dicebatur, ut & ararii privati præfectus. Etymologicum Suidæ: πρῶτα τὰ τῆ βασιλείας ἰδιαιζόντως ἀφ' ἑρῶνα. ἀλλὰ δὲ ἐν τῷ δημόσιῳ, ὅσα πλεῖστον ἢ νόμῳ τῷ λαοσιτίων τῶν δὲ

μοσίων ὑπαργῶνα χρείας. largitionum tamen nomen etiam privato arario principis donabatur. idem enim scribit: λαρχικῶνες δὲ εἰσι δύο, τὰ σέκρη, καὶ τὰ πρῶτα. sed de his jam multa in superioribus diximus, & plura dicturi sumus in libro de officiis Augustæ domus.

² Qui nunc bellis civilibus Remp. vexat, pacis studiis incumberet.] Hæc pacis studia libenter heic in sede sua pacata manere visissem, nisi vetus liber obstitisset, qui pro illo pacis aliud verbum habet, atque ita legit: qui nunc bellis civilibus Rempubl. vexat aparet studiis incumberet, &c. nec aliter scriptum exhibet editio princeps. malos ergo criticos fuisse liquet qui pro aparet, reposituerunt, pacis. non tam longe à vero abiissent, si in mentem illis venisset corrigere araret pro aparet. solemnis hæc menda in his libris. sic parum pro varum in vita Marci. in Maximinis, petusius pro retusus. infra in Carino: cepataules pro ceratantes. ita plane hoc loco aparet pro araret. sic igitur totum hunc locum lege: populus iste militantium qui nunc bellis civilibus Remp. vexat, araret, studiis incumberet, erudiretur artibus, navigaret. tam proba hæc emendatio est ut nemini non eam me probaturum esse confidam.

parant, ¹ in germanorum necem arment dexteris fratrum, hortentur in patrum vulnera liberos, ² & dignitatem Probo derogent, quam imperatores nostri prudenter & consecrandam ³ vultibus, & ornandam templis,

CASaubonus.

¹ In germanorum necem arment dexteris fratrum. ² In germanorum necem arment dexteris fratrum.

² Et dignitatem Probo derogent, quam imperatores nostri prudenter & consecrandam vultibus, & or. Scribendum, quem imperatores nostri prudenter, & consecrandam vultibus, & ornandum templis, & celebrandum ludis circensibus judicant. Significat Vopiscus Diocletianum & Maximianum omnes Probo honores decrevisse, qui consecratis principibus haberi solerent. Vultibus consecrare, est pictum exhibere. & fortasse edito principum iussi omnes fuerant, ut Probum pictum haberent. quem honorem defuncto Aureliano fuisse habitum in Taciti vita dictum Vopisco. & de Marco scribit Capitolinus, sacrilegum iudicatum esse, qui eius imaginem in sua domo non habuit. vultus sunt imagines, & εἰκόνες βασιλέων, ut exponitur in Glossis. in Maximo & Balbino: legiones ipse, & auxilia ubique terrarum iam vultus vestros adorant. Zeno Veronensis sermone de spe, fide & charitate: Si inelyti cuiusquam regis, hominis tamen vultus quisvis ulla violaverit ratione, nome continuo velut sacrilegii commissi capitales poenas luit? ædis honor & imaginis quæ in circum per ludos inferretur, res sunt translaticæ in principibus cælo donatis. Ita hunc locum interpretamur: sed quia manu exarati non dignitatem habent, verum divinitatem, possumus retinere foemineum genus in sequentibus. hinc autem intelligimus non defuisse qui dicerent nihil à Probo consecratione dignum esse gestum. eos igitur his verbis suggillat auctor.

GRVTERVS.

² Et divinitatem Probo derogent. Heic quoque adfentiuntur aliorum scriptis Palatinæ membranæ. nam editi dignitatem.

SALMASIUS.

² Et dignitatem Probo derogent, quam imperatores nostri consecrandam. Minime dubium est quin legendum sit cum Casaubono: quem imperatores nostri consecrandum vultibus, & ornandum templis, & celebrandum ludis circensibus judicant. nam ita scriptum in Palatino. idem scriptum etiam habet divinitatem pro dignitatem. quam lectionem etiam in suis libris fatetur reperisse Casaubonus. nec dubium quin vera sit. non propterea tamen genus foemineum in sequentibus, ut idem vir doctissimus existimabat, sed tanto magis masculinum reponendum. nec enim divinitas consecratur, sed aliquis consecratur divinitate. hinc consecrari imperatores dicebant, qui in divorum numerum cooptabantur. & consecrati desecrati que vocabantur, qui divi facti. Glossæ: consecratio, δεινότης. alia: δεινός & μέγας, divinor, divus fio. δεινότης, divino, divum facio. sic igitur legendum: & divinitatem Probo derogent, quem imperatores nostri consecrandum vultibus, &c. per hæc enim omnia divinitatem Probi confirmatam videri vult Vopiscus, adversus eos qui eam illi derogabant, quod & imperatores sequentes eum vultibus consecrandum, & templis ornandum, & ludis circensibus celebrandum iudicassent.

³ Vultibus consecrandum. Vultibus, id est imaginibus pectore tenus expressis, quas thoracæ vocant & clypeos. Trebellius in Claudio: illi clypeus aureus.

veus, vel, ut Grammatici loquuntur, clypeum aureum, senatus totius iudicio in Romana curia collocatum est, ut etiam nunc videtur, expressa thorace vultus eius. thoracem vultus, vocat imaginem vultus, sed vultus etiam appellarunt illas imagines, & *αεθραίς*. Capitolinus in Maximo & Balbino: legiones ipse & auxilia ubique terrarum vultus iam vestros adorant. Cod. de Publ. lat. nunt. leg. unica: quidquid nostrorum nuntiari ceperit prosperorum, ut belli si desinant, si oriuntur victoria, factis si honor datus fuerit regalium trabearum, compositæque pacis erit offerenda tranquillitas, si sacros vultus inhiantibus sorte populis inferimus, hæc sine inmodico pretio nuntiari excipique sancimus. ubi sacri vultus sunt sacræ imagines imperatoris. Græci *λαβραίς* verterunt in illa lege. Synopsis Basil. lib. lvi. sub finem: εἴτε πολεμίων ἀναχόρησιν, εἴτε νικῶν, εἴτε ὑπ᾽ ἄτων ἀναχόρησιν, εἴτε εἰρημίων ἡσομῶν *αεθραίς* τῆς πολεμίας, εἴτε *λαβραίς* καὶ *ἑλλάδιον*. ita enim legendum. vulgo *λαβραίς*. alii corrigunt, *λαβραίων*. sed *λαβραίς* reddiderunt quos dicta lex sacros vultus appellavit. *λαβραίς* igitur sunt imagines imperatoris. unde vero dicta ista *λαβραίς*? putant docti homines *λαβραίων* scribi pro *λαυραίων*. & esse *lauratum* Latine, hoc est imaginem imperatoris laureati, & triumphantis. sed quis unquam *lauratum* ex Latinis pro *laureatum* dixit? hoc ut probent, citant Optatum Milevitanum. & hæc illi verba affingunt: *lauratis & iconibus quæ mittuntur ad civitates, vel regiones, obvii ad eum populi cum cereis & incensis, non cera perfusam tabulam; sed imperatorem honorantes.* si hæc Optati verba sunt, nec ipse dubitavero, quin *laurata* sint laureatæ imagines. totum mihi Optatum semel iterumque versanti nusquam locus ille occurrit: quem tandem inveni in notis Balduini ex versione Græci auctoris, quam nisi fallor produxit in suis annalibus Baronius. *lauratis* igitur posuit, quod in Græco esset *λαυραίοις*. sed *λαυραίων* cum scribi-

tur apud Græcos, scias id esse pro *λαβραίων*. ut *λαύρ* pro *λαβρ*. interdum scriptum reperitur apud Græcos. vera igitur huius vocabuli scriptura *λαβραίων*. Latine *labratum*. Glossæ: *labratum, ἀσπασικὸν βασιλείας*. *Labratum, φίλημα βασιλικόν*. *labratum ἀτελής* est. nam integrum erat, *labratum osculum*. sed adjectivum in substantivum transit. *labrata* autem oscula sunt, labris impressa, ut loquitur Minutius Felix in Octavio: *Cæcilus simulacro Serapidis denotato, ut vultus superstitiosus solet, manum ori admoveat, osculum labris impressit.* nam is erat adorationis ritus apud veteres, ut jam omnes sciunt. Plinius: in adorando dextram ad osculum referimus. Apulejus in Apologia: nulli Deo ad hoc ævi supplicavit: nullum templum frequentavit: si fanum aliquod pratereat, nefas habet adorandi gratia manum labris admoveat. hinc *labratum osculum* eius qui in adorando manum labris admovebat, & osculabatur. sic numina sua olim, sic imperatores suos adorabant, & imperatorum imagines, haud minus quam deorum simulacra. Et notandum est ab auctore Glossarum *labratum* non simpliciter exponi *φίλημα* aut *ἀσπασικόν*, sed *ἀσπασικὸν βασιλείας* & *φίλημα βασιλικόν* quia scilicet soli imperatores hoc genere *labrati osculi* salutarentur, id est, adorarentur. sic quibus sacræ purpuræ adorandæ copia dabatur, manu ad os relata solebant sacram principis purpuram contingere, capite demisso. nam ita etiam moris erat in adorationibus. Hieronymus adversus Ruffinum: qui adorant solent deosculari manum, & capita submittere. plura de hoc more Lipsius in electis, cujus scrinia non compilomale tamen ab illo ibidem scriptum est, adorantes manum prius porrigere, deinde statim ad os referre solitos. immo contra illi faciebant. manum enim osculari, deinde eam versus illum quem adorabant, protendere consueverant. & hoc erat quod dicebant, *oscula jacere, & basia iactare.*

Taci-

Tacitus lib. I. Hist. nec deerat Otcho protendens manus, adorare vulgum, jacere oscula, & omnia serviliter pro dominatione. *jaçtare basia apud Juvenalem. Phædrus:*

— *jaçtat basia tibicen.*
id est populum adorat. jacere autem osculum is proprie dicitur, qui manum osculatur, deinde eam porrigit ad eos, quorum honori ac venerationi dat illud osculum. nam protentione manus, quam prius erant osculati, quodammodo osculum ipsum porrigere, & jaçtare ad eos videbantur, quibus honorem illum deferebant. hoc ostendit Juvenalis cum dicit,

*A facie jaçtare manus, laudare paratus
Si bene ructavit.*

qui à facie jaçtat manus, is utique manu faciem prius tangit, quam eam jaçtet, hoc est, manum ad os refert, deinde eam jaçtat & porrigit, postquam eam osculatus est: & sic quodammodo osculum ipsum jaçtare, ac porrigere creditur. *manu venerari, & manu salutare hoc dicebant. Tacitus de Nerone cantante: postremo genu flexus, & cæterum illum manu veneratus est. Histriionem ille verum agebat. at histriionum, pantomimorum, & cantorum mos hic erat, ut populum scenam ingressi adorarent. vetus epigramma:*

Ingressus scenam populum saltator adorat.

fic aurigæ flagello populum venerabantur. cum enim dextram manum in adorando ad os referrent, aurigæ qui dextra flagellum tenebant, flagellum ipsum osculabantur, & sic adorabant. Dio in Caracallo de ejus aurigationibus loquens: *ωσσεκύνει δὲ αὐτὸς κἀπιθεὶ τῆ μῦσσι καὶ χερσῶς ὡσπερ ἴσ τῆ πεπεινοῦστων ἡτῆ.* id est, agonothetas flagello venerabatur. quo loco quid vocet Dio *ωσσεκύνει τῆ μῦσσι*, nescire fatetur vir eruditissimus. atqui *ωσσεκύνει τῆ μῦσσι*, est flagello venerari, & adorare: ut *ωσσεκύνει τῆ χειρῶ*, manu venerari. sic enim aurigæ solebant. idem in Avito: *ἰθεῶντο δὲ αὐτῶν ἀρμετληδῆτα*

καὶ χερσῶς ὡσπερ ἴνα τῆ πεπεινοῦστων αὐτῶντα, τῶς δὲ ἀγωνοθέτας καὶ σπαλιώτας ωσσεκύνειντα. Male ad hanc adorationem refert vir magnus in animadversionibus ad Suetonium hæc ejus verba lib. II. quidam prius somnium Catuli aliter exponunt, quasi Jupiter compluribus prætextatis tutorem à se poscentibus, unum ex eis demonstrasset, ad quem omnia sua desideria referrent: eoque osculum delibatum digitis ad os suum retulisset. mos, inquit adorantium fuit, ut manu porrecta, & ad os relata osculum labiis imprimerent. eum ritum ibi obscure innuere Tranquillum. immo nihil tale innuit Suetonius. sed tangit veterum consuetudinem, qua blandientes solebant puerorum maxillas adprehendere, deinde manum ad os referre. sic interpretati sunt veteres Critici illud Virgilii ex lib. I. Æneid.

Olli subridens hominum sator atque deorum

Oscula libavit natæ.

Servius qui est in membranis Fuldensibus: *sane multi nolunt ita intelligi, ut summum osculum filix dederit, id est non pressim, sed summa labella contingens: sed ita ajunt, tum hilarus Jupiter vultus natæ libavit, id est contigit, scilicet ut nos solemus cum blandimentis quibusdam sinistram maxillam contingere liberorum, ac deinde ad os nostrum dextram referre. Ergo libavit merito, quia partem vultus non totos contigerat: ut oscula dixerit quasi minora & teneriora filix ora, ut ora diminutive oscula. Egregius & unicus locus ad hunc morem firmandum, & Suetonium explicandum. oscula libare non est oscula summatim & leviter dare, sed ora leviter & summatim tangere. nec dubium quin eo sensu osculum pueri à Jove delibatum Suetonius dixerit. Osculum parvum os. Sic apud Martialem accipitur:*

Ipsaque crudeles ederunt oscula morbi.

& apud Ovidium:

— *videt oscula quæ non
Est vidisse satis.*

solebant igitur qui pueris blandiebantur, eorum osculum delibare, hoc

plis, & celebrandam ludis circensibus judicant.
 'Posteri Probi vel odio invidiæ, vel timore, 'Roma-

nam

hoc est leviter manu adprehendere, deinde manum ad os referre. de hoc blandimenti genere capiendus ejusdem Suetonii locus in Galba: *Constat Augustum puero adhuc salutanti se inter æquales apprehensa buccula dixisse, κὴ σὺ τέκνον τὸ ὄραϊς ἡμῶν ἀρραπάζει.* nam bucculam adprehendere, & maxillam contingere, & osculum delibare idem sunt, & ad illam consuetudinem quam tangit Servius referri debent. nihil vero ad hanc adorandi rationem pertinent de qua heic agimus, & quam veteres erga deorum simulacra, & imperatorum imagines usurpabant. *labrata* autem *oscula* diximus ea dici quibus in adorando utebantur, & inde dici quod manum labris admove- rent cum adorabant. At imperatorum imagines & sacri vultus, qui populis inhiantibus, ut lex loquitur, inferebantur, quod ab omnibus adorarentur, & hujuscemodi *labratis osculis* excipi solerent, *labrata* etiam ut dicerentur, invaluit. *labratum* proprie est salutatio vel adoratio, qua imperator vel imperatoris imago excipitur. Glossæ ἀσπασιὸν βασιλέως interpretantur. verum ipsa etiam imago imperatoria quæ *labratis* adorabatur, ita dicta est. hinc passim Græci λάβρατα vocarunt imagines regias. Gregorius Dialog. epist. i. ad Leonem Isaurum: *Ἀφ' τῶν κὴ τὰ λάβρατα σε κατεδέξαντο καθὼς πρὸς τὴν βασιλεῦσι βασιλέως πρῶτον.* & paulo post: *τότε ὀφθαλμοῖς τὰ λάβρατα σε κατεπάτησαν, κὴ ἀνασκαφῶν τὸ πρῶτον σε ἐποίησαν.* Chronicon Alexandrinum: *τῆσι τῶν ἑτῆ βασιλεύσεν Ἀνθέμιος, κὴ ἀπῆλθεν εἰς Ρώμην. κὴ εἰσῆλθεν τὰ λάβρατα αὐτῶν ἐν Κωνσταντινῶν πόλει.* Ἀφ' Φερηνίας ἐπαρχίας πόλεως. iidem Græci λάβρατα non de imperatoria tantum imagine, sed de quovis simulacro & effigie usurparunt. hinc hermulas quæ pro terminis erant finien-

dis agris λάβρατα vocarunt. Pediafimus Bulgariæ chartophylax in libello manuscripto *περὶ γεωδαισίας ἐν ταῖς τὸ χωραφίαν ὄραϊς εἰσθαμνίπτερας ὀξείας ἢ τὰ φραγς ἢ λάβρατα πθέναι ὡς ἔνορα.* Glossæ Basilicorum: *λάβρατα ἐν τῷ λάβρατα, κὴ κὴ σφραγῶν λάβρατα. τὰ τῶν ὀξείων κὴ χειροποίητων ὄρατων.* vult *labratum*, quom terminum vel hermulam significat, dici quasi laboratum, & manu factum. falsa quidem & inepta etymologia, sed ex qua constat Græcos semper λάβρατα scripsisse & pronuntiasse, non λάρρατα, hoc est *lauratum*. quod satis sit confutandis illis qui λάρρατα esse lauratas vel laureatas imagines sibi imaginati sunt. atque hæctenus de *labratis*.

CASAUBONUS.

1 *Posteri Probi vel odio invidia vel timore Romanam rem fugerunt.* Melius videatur, vel odio, vel invidia timore.

SALMASIUS.

2 *Romanam rem fugerunt.* Scriptum in Pal. *Romanam refugerunt.* forte: *Roma refugerunt*, id est Roma recesserunt. *se sont retirez de Rome.* confirmat quod sequitur: *in Italia circa Veronam ac Benacum & Larium, atque in his regionibus, larem collocaverunt.* immo proflus retinenda scripta lectio, *Romanam refugerunt.* nihil verius. per *Romanam* intelligit *Romanam regionem.* quæ & *urbicaria regio* dicebatur, ut supra ostendimus. hinc *ROMANA UNIVERSA REGIO* in veteri inscriptione. ea *urbicarias regiones omnes* continebat, intra centesimum ab urbe comprehensas. ea separabatur ab Italia. quod multis testimoniis probavimus ad vitam Tetrici. sic *Romanam* illam regionem hoc loco distinguit ab Italia: *Romanam, inquit, refugerunt, & in Italia circa Veronam ac Benacum & Larium atque*

nam rem fugerunt: & in Italia circa Veronam ac Benacum & Larium, atque in his regionibus, larem locaverunt. Sane, quod præterire non potui, quum imago Probi² in Veronensi ita fulmine icta esset³ ut ejus prætexta colores mutaret, aruspices responderunt, hujus familiæ posteros tantæ in senatu claritudinis

atque in his regionibus, larem locaverunt. quibus verbis ostendit Probi posteros odio invidiæ vel timore non urbe Roma tantum cessisse, sed etiam omnem Romanam provinciam refugisse, & ultra centesimum in Italiam longe recessisse, ac circa Veronam larem collocavisse. sic in finibus temporibus sublato discrimine annonariæ ac urbariæ regionis, ducatum Romanum ab Italia provincia ita separarunt, ut olim urbaria vel Romana regio ab Italia vel annonaria regione distingui solebat. Anastasius de vitis Pontificum in Zacharia: Hic invenit totam Italiam provinciam valde turbatam, simul & ducatum Romanum, persequente Luitprando Longobardorum rege. sed de his dicendi locus alius, & aliud tempus. Quod ad vulgaram hujus loci lectionem attinet, Romanam rem fugerunt, prorsum inepta est, & absurda. Romana res in toto orbe Romano fuit. quomodo illi rem Romanam fugissent, qui ab urbe tantum & Romana provincia, in ultimam Italiam secesserant? atqui poterant & in urbe ipsa commorantes, Romanam rem fugere, & honoribus abstinere, & in otio & quiete vivere. Romana autem ἡ ἀρχὴ πρὸς Romana regio. sic Veronensis paulo post: in Veronensi. pro in Veronensi regione.

1 Quum imago Probi in Veronensi ita fulmine icta esset.] Parum ab hac lectione diversus abit vetus liber: sic enim legit ille: in Veronensis ita fulmine icta esset. qua ex scriptura nihil aliud facere possis quam quod editum est. Veronensis autem absolute pro Veronensis ager. sic apud Plinium in Narbonensi, pro in Narbonensi agro.

Tom. II.

At nescio quid huc infercit vetus editio, quæ sic habet: *in Veronensis territorii situ ita fulmine icta esset. ex quo doctissimus Juretus legendum conjiciebat: in Veronensi pratorio sita, ita fulmine icta esset.*

CASAUBONUS.

1 Cum imago Probi in Veronensi ita fulmine icta esset, v.] In Veronensi, nempe agro vel solo: quas voces sæpe omittit consuetudo Latine loquentium: ut cum dicimus, in hostico vel in Barbarico. minus placet igitur scriptura quorundam veterum: in Veronensi territorio sita.

GRUTERUS.

2 In Veronensi ita fulmine.] Pal. Veronensis; additumque à manu recenti, territorii situ. neque improbem, ut tale quid subintellexerit auctor.

SALMASIUS.

3 Ut ejus prætexta colores mutaret.] Sic apud Horatium: mutare colores.

Petronius similiter loquutus est: hoc ergo remedio mutemus colores à capite usque ad unguis. paulo post tamen idem eadem in re dixit: mutemus colorem. & ita vetus interpres Juvenalis: membrana mathematicorum, ut ætus diurnos, qua assidua tractatione colorem suum mutavit & crocea facta est: colorem fecit, ut succinum. notabis ergo colores mutare de re dictum quæ unum tantum colorem habebat. sic corporis colores Vitruvius dixit, pro, corporis colorem. lib. VIII. cap. VII. exemplar autem ab artificibus plumbariis possumus accipere, quod palloribus occupatos habent corporis colores.

XX

I Postero

dinis fore ut omnes summis honoribus fungerentur. Sed adhuc neminem vidimus: 'posteri autem' videntur æternitatem habere. Senatus mortem Probi gravissime accepit, æque populus. Et quum esset nuntiatum, Carum imperare, virum bonum quidem, sed longe à moribus Probi, causa filii ejus Carini qui semper pessime vixerat, tam senatus quam populus inhorruit. Metuebant enim unusquisque tristiores principem, sed magis improbum metuebant heredem. Hæc sunt quæ de Probo cognovimus, vel quæ digna memoratu existimavimus. Nunc in alio libro, & quidem brevi, de Firmo, & Saturnino, & Bonoso, & Proculo dicemus. Non enim dignum fuit ³ ut quadrigæ tyrannorum bono principi miscerentur. Post deinde, si vita suppetit, Carum incipiemus propagare cum liberis.

CASAUBONUS.

1 *Posteri autem videntur æternitatem habere.* Eadem est jurisconsultorum super significatione vocis *posteri* sententia. Modestinus lege quarta De jure immunitatis: *Immunitates generaliter tributa eo jure ut ad posteros transmittentur, in perpetuum succedentibus durant.* Caligulæ olim aliter placitum: qui, ut scribit Suetonius, negabat intelligi debere posteros ultra filiorum gradum.

3 *Ut quadrigæ tyrannorum bonis principibus miscerentur.* *Tetragida* appellat quadrigam: ut alii *δωάδα* dixerunt bigam: qua de re non afferam allata exempla veterum duobus sermonibus Jacobo Cujacio sexto ad Africanum tractatu, & Josepho Scaligero ad Propertium. Tertullianus adversus Valentinianos cap. vi. Ergo

Bythos & Sige, Nus & Veritas prima quadriga defenditur Valentiniane factionis. sic Chrysostomus fidem & charitatem vocat *ἰουδαϊσμὸν τὴν ἐκ τῶν ἀρετῶν*, tertia in eam ad Ephesios homilia. & ita sæpe voces *ἐκείνη* & *τῆς ἀρετῆς* accipiuntur. neque hæc solum, sed & *ἀρετῆς*. nam medici collyrium quoddam è quatuor rebus constans *ἀρετῆς* appellarunt. Scribonius Largus capite iv. hoc collyrium quia ex quatuor rebus, ut quadriga equis, constat, & celeris effectus habet, *ἀρετῆς* dicitur. quæ verba etiam apud Marcellum empiricum legas, capite vii r.

SALMASIUS.

2 *Videntur æternitatem habere.* Ad dit Pal. *videntur æternitatem habere, non modum.* & ita etiam habet editio vetus.